BENEDICTI DE FALCO NEAPOLITANI DE ORIGINE HEBRAICARUM...

Benedetto Di Falco

BENEDICTI DE FALCO NEA politani de origine Hebraicarum græcarum ac latinarum literarum deq; numeris omnib. ad Illu. & Reuerendiss. uirum PETRVM ANTONIVM de Capua Archiepiscopum Hydruntinum.

Philocalus Troianus Neapolitanæ Academiæ magister ad Lectorem.

Quid sonet Hebræis, quid littera quæq; Pelasgis
Et Quid Romanis hoc breue monstrat opus
Quis labor est, inquis scire hæc, mirabere lector
Quæ pueros credas scire, latere senes.

Neapoli Apud Ioannem Sultzbachium Germanum Marci Romani iussu. Anno Domini M. D. XXXXI.

BENEDICTI DE FALCO NEA politani de origine Hebraicarum graecarum ac latinarum literarum deque numeris omnibus ad Illu. & Reuerendiss. uirum PETRUM ANTONIUM de Capua Archiepiscopum Hydruntinum.

Philocalus Troianus Neapolitanae Academiae magister ad Lectorem.

Quid sint Hebraeis, quid littera quaeq; Pelasgis
Et quid Romanis, hoc breue monstrat opus.
Quis labor est, inquis, tuebar, mirabere lector
Quae pueros credis scire, latere senes.

Neapoli Apud Ioannem Sultzbachium Germanum
Marci Romani impensis Anno Domini
M.D.XXXXI.

IOANNES THOMAS DE CAPVA

Patricius Adulescens studiosis.

PRæsens libellus a Benedicto nostro, de ratione hebræarum, græcarũ, & latinarũ literarũ conscriptus, deq; earũ usu & origine, deq; numeris apud eosdẽ hebræos, græcos & latinos usitatis, hõdi mihi quidẽ certe uidetur, ut uere laudare, comẽdareq; eruditionis nomine possim, in quo tam multa & uaria, ordine & diligẽter exposita sunt, ut huius autori multum gratiæ a studiosis profecto debeatur. Neq; mihi aliqui (ut qbusdã uidetur) hoc inane esse studiũ dixerint qui obtrectantes uerborũ tantũ esse fortass. aiunt, errãt .n. profecto errant, res qdẽ est & operis nobilitate dignissima, & nostris studijs (ni fallor) utilior, habet .n. ista literarũ inuestigatio plus põderis, & interioris cuiusdã eruditionis in recessu, quã prima frõte pseferat: qd.n. (si recte iudicemus) tã necessariũ ẽ, q̃ ea discere, q̃ sẽp nob. ĩ manib. sint q̃q; sint elemẽta aliorũ elemẽtorũ. rursus qd fœdius & ĩdignius quã qb. primũ rudi ad hac ætate imbuimur, eorũ Rationẽ tota uita penitus ignorare? Atq; ut alios p multos omittã, q hoc studij genus pmagni fecerũt, certe Diuinus Plato nõ cõtẽpsit, q multis ĩ locis, pleraq; de huiusmodi elemẽtis, deq; ipsis numeris scripta nob. reliqt: Sed quæ tamẽ nusq̃ nõ reqrãt lectorẽ attẽtũ & ociosũ, philosophis .n. magis, quam hominib. mediocriter eruditis scripsisse uidetur, quotocuiq; .n. tantum est ocij, ut apud Platonem socraticarum argutationum, ironiarum & isagogarum ambages ac labyrinthos euoluere uacet? At uero Noster Falco homo eruditus, & Platonem quam maxime potuit sectatus

est, nec non infinitam aliorum uoluminum uim excußit, ut rē alioqui obscuriorē & a nemine ad hāc diē omnino petractatā ad finē perduceret, & dilucidiorē redderet, etiam pueris & adulescentulis liberalib. studijs leuiter imbutis. Quare cum id officium in trāscursu a multis tentatum sit, mea tamē sententia nemo felicius quam hic præstitit: Quo factum est, ut totum opus suum quodammodo fecerit, & explanatius dicendo quæ, græce, hebraice, & latine ab alijs relata sunt; & item additis per multis alijs, & præsertim usu ipsarum literarū apud ueteres. Ideo q; spero hunc libellum non futurum ingratum, non dico rudib. aut etiam ultra mediocritatem eruditis. sed hominib. omni litterarū genere absolutis. Nihil.n.homo exactissimæ diligētiæ, nisi ex probatißimis trium linguarum scriptorib. ijsq; uetustis decerpsit: Quod nisi tantū nostrorum temporum felicitati inuidemus, ut non putemus legenda; nisi quæ sancta uetustas consecrauerit; legemus profecto & amplectemur opusculum hoc plane aureum: quod si aliqui infra suam eruditionem esse putauerint, quod optarim, non propterea taxent, sed faueant potius, & quod reliquum est, æquo animo patiantur, cōmunib. aliorum studijs hoc utilitatis accessisse. VALETE.

Φραγκίσκου Σαλεντινοῦ τοῦ καὶ Καβατίου.

Ἑλλήνων στοιχεῖα ἔχει· στοιχεῖα λατίνων
ἑβραίων τ' ἀρχὰς, ὧ πέρι πόλλ' ἔκαμον
στοιχείων στοιχεῖα μὲν ἀμφιδέξια μοῦνος
συνήρμωσ' οὕτως, καὶ κάμε φαλκόνιος.

ILLVSTRISSIMO AC REVEREN. Viro PETRO ANTONIO de Capua Archiepiscopo Hydruntino Benedictus de falco Neapolitanus. S.P.D.

Nemini coram te Viro Amplissimo, Nos qui de tuo uiuimus tuoq; nutu pendemus omnes persæpe inter nostras familiares commentationes de Italicarum uocum origine inuestiganda multa uerba fecisse. quare quum multi molestiss. efflagitatores a me constanter peterent ut opus de ipsarum uocum ratione a me cõpositum tandem emitterem, Non putaui huiusmodi editionem (quæ apud me alicuius momenti est) ita festinandam, sed potius in aliquot alios dies differendam. Interim tamen ut Amicorum uoluntati satis aliqua ex parte facerem, Malui opusculum uarium satis quidem & Iucundum de Hebrææ, grecæ, & latinæ linguæ primis Elementis a me compositum emittere, quum presertim a Te uiro prudentiss. apud quem uerborum omnium Electio & ingeniorum certum syncærumq; iudicium est approbatum cognouissem. Atq; ut huius opusculi Titulus aliquo digno nomine uagaretur, Tibi Viro quàm dignissimo nuncupandum existimaui. Non ꝙ Tu qui modestiss. es quiq; uitam quam fere ad tertium & uigesimum annum perduxisti sanctissime atq; honestissime agis, in alienis laudibus ponendam putes, quum tu tuis satis celebratus sis. Sed ut hoc opus, quod per suum Autorem parum aut nihil illustre est, a Te Viro omni uirtute & eruditione cumulato, laudem,

splendorem ac decus omne cõsequatur. Nam hi qui bonis literis delectantur quibus a natura dediti sunt. Et si circa res maximas uersantur & laboriosas (ut Tu semper soles) Tamen aliorum præsertim quos amant & diligunt, recentia ac noua studia non aspernantur. Quare si id feci, iure quod mihi faciendum erat, decuit & oportuit feci. Non ut grauiora maioraq; tua studia aliarum bonarum rerum quæ te doctissimum uirum tenent, impediam. Sed illarum bonarum, quas cum laude partiris (es .n. sacrarum rerum uigilantiss. Antistes, ac Ciuilium diuinarumq; legum studiosiss.) aliquam partem ad hæc studia, quæ certe animum relaxabunt tuũ referre ualeas. Accipe igitur Amplissime uir hoc paruũ opus longis noctibus lucubratum (doctorum .n. magnorumq; uirorum dicta mihi interpretanda fuerunt) lætissimo uultu hilariq; animo ab eo qui quantum potest Amplitudini debet tuæ. bene uale ac salue mi Patrone & Domine.

DE ALPHABETO HEBRAEO.

QVabus & uiginti literis Hebraeos uti uidemus: quarũ prima ALEPH, hoc est primã literãs uocant. Nam Aleph rem primam & precipuam sig. apud eosdem Hebraeos. quippe quae quum primum caput aliarum literarum sit doctrinam ac disciplinam, item docere ac discere, duob. nobiliss. testib. atq; sanctiss. uiris Hieronymo & Eusebio significare uidetur. quod quidem primum elementum si duob. punctis superne pungetur Eleph uocabitur (punctis .n. loco uocalium utuntur) & millenariũ numerum significabit. qui sane uerus & primus numerus a philosophis censetur. quam obrem Deus opt. Max. Salomoni dixit Ha Aleph licha scelomo, ut Hebraeum codicem Georgius Venetus summus platonicus ex minoritana familia sacer recognoscit Tono quinto capite sexto. tibi uidelicet qui pax es tibi ipsi, quae in millenario numero terminatur Ha Aleph indicabit. Nam quum a sacris scriptoribus R ex paci ficus dictus sit, merito ei pacificus numerus attribuitur. i. millenarius. quem numerũ pacis appellant Arithmetici. cui Aleph He litera ascripta est ob Emphasim. i. ob singularem demonstrationem & primae literae excellentiam quae unitatem & primum numerum. s. Millenarium & finem ac terminum omniũ numerorum ostendit. innuens Deus ipse gloriosus excellentius dici Ha Aleph quam scelamo, quum ab Isaia saepe numero dictum sit ego primus & nouissimus hoc est ego unitas seu unus & ultimus ac finis omnium, & ob id primitias, & decimas a

nobis exquirit & petit. Nam Denarius numerus Millenariū complet. Ab hac præcipua litera Dauid suos diuinos hymnos inchoauit Ascere, inquit, Hasc, hoc est beatitudines uiri. & Hieremias ab hac ipsa principali litera suas lamentatio/nes, ut altum quid eius diuina mens incboasse uideretur ince/pit, item & moralem psalmum Beati immaculati in uia, qui in singulos octonarios uersus distinguitur ab eadem diuina lite ra incboauit. BETH hoc secundū Elementum Domum, Altare, Templum, ac communem locum, in quo res quæ in pretio sunt reponūtur significare dicunt, quū nō silentio præte reundum sit, hoc ipsum elementū quasdam grammaticæ præ positiones significare ut in, &, copulam, cū, propter, usq;, ad, intantum, adeo, atq;, per. ut in Hebræorum libris, ac librorum ipsorum clausulis quas pasuch uocant liquet. deseruit quoq; (habent .n. Hebræi literas seruientes & radicales) gerundio in Do, ut Beuo .i. in ueniendo uel quum ueniret. Ab hac litera Moses summus ac diuinus philosophus Pentateuchum .i. suo/rum quinq; librorum uolumen inchoauit, quod Βιβλιον a græcis nominatur, Bresit bara Elohim inquit, .i. in principio seu in capite Dei creauerunt cælum & terram. Nam quum numero plurali tantus uir Deum nominauit, non Deorum numerum. sed Dei omnipotentis tres diuinas personas ostende re uisus est. quum philosophorum nemo Deos ipsos mul/tiplicauit, existimantes pessimam esse Deorum multitudinem, ne Mundus ob Deorum uarias opiniones imprudenter gu/bernaretur, immo & ab Homero poetarum omnium facile principe εἷς κοίρανος ἔστω decantatum sit, hoc est

unus rex sit. GIMEL *quæ quandam plenitudinem notat. quam* Hebræi *Camelum animal significare dicunt, quũ id animal ghemad seu gamad ab eis appelletur, item præmium quoque significat, quum a uerbo ghemud deriuetur quod alicui præmiũ dare significat.* DALET *ostij seu cantionis ianuam indicat & Tabularum formam.* At *quum hos literas in classes & in ordinem doctissimi* Hebræi *collocauerint, ut* Iacobus *Faber uerus Psalmorum interpres ait. harum quatuor literarum primam connexionem statuunt uidelicet* Aleph, *beth, gimel &* Daleth *.i. doctrina seu disciplina,* Domus *seu* Templum *plenitudo &* Tabulæ. *quum Deus sit omnis doctrinæ* Thesaurus, *sacrumq; receptaculum in quo omnia collucent, ac firmissima* Domus *& plenitudo utriusq; legis in duabus tabulis digito Dei scriptæ, quas sacras* Tabulas *suo* Mosi *dedit.* HE *quæ litera significans nota est ac demonstratiua ut ecce apud latinos. estq; pronominum signum iste ista istud, quippe quæ ex duab. literis constat ex daleth & iod ut* Hebraicum *lineamentum ostendit, de cuius significatione multa dicunt Cabalistæ, quum sit una ex literis Diuini nominis quod* Tetragrammaton *appellant .i. quatuor literarum admirabile nomen. quam sane diuinam literam* Abraæ *Deus dedit, qua data scriptum fuit* Tu *non uocaberis amplius* Abraam *sed* Abraham *erit nomen tuum .nam patrem multarum gentium constitui te. quam pectoris literam uocant, quum pectore pronuncietur estq; , latinæ aspirationi persimilis.* VAV. *quæ his particulis latinis ad similatur* Et, *q, sed;*

sig. quoq; in ipsa, quae modo pro u modo pro o poni solet ua/ rijs punctis notata. Het.i.uita. Zai *apud nos haec foemininum pronomen. quas ad secundam societatem reducunt uidelicet.* He.uau.Het. *zai.i. ista & haec uita, hoc ē antiqua lex & prae cepta Decalogi nouae legis.licet quidā uelint zai splendida ar/ ma ac lucentis solis radios significare.* Teth *seu* Tou, *bonum, sig. iod principiū, quod quum tribus punctis figuretur. magnā occasionē scribendi multa Cabalistis dedit.* Q*uā obrem* Euan*gelij locus corrigendus est, iod unum, non iota unū aut unus apex praeteribit a lege donec omnia fiant.* Nam Chri*stus* He*braea dumtaxat lingua locutus est. immo &* Apex *ambiguum nomen est ad sensum Chtisti loquentis, quum non apicibus sed ueris characteribus* Hebr*aei ac omnes scriptores scripserunt. estq; tertia connexio* Teth, *iod, hoc est bonum principiū.* Capb. *i. manus* Lamed *quasi* Limud, *hoc est doctrina, eruditio, doce re scire a uerbo lemad & limmud quod docere & assuescere sig. ad similaturq; latinae praepositioni ad, ut le*Dauid.*i. ad* Da*uid. estq; negationis nota quae quoq; gerundio in dum seruit, ut lismot uerbale gerundium .i. ad custodiendum, aut ut custo diret. lepateba.i. ad aperiendum aut ut aperiret. hasq; duas li/ teras ad quartam connexionem reducunt uidelicet capb. & la/ med .i. manus & legis scientia aut eruditio.* Nam *manibus pau peribus eleemosinam elargiri iubemur, ac simplices animos ad diuinarum rerum cognitionem dirigere admonemur. quum non solum animo sed etiam pijs operibus* Deus *a nobis colendus sit.* Mem.*i. ex ipsis & interrogantis signum est, ut* Ma.*i. cur, quid & quid est quoq; numeri pluralis nota ut goim gentes & gen/*

tium, Elohim Dei & deorum similiter genitiuo & ablatiuō deseruit ut mi Dauid, uulgo di Dauid & da Dauid. NVN, hanc literam diuus Hieronymus rem quandam sempiternam significare dicit, diuersum ab Hebræis sentiēs, qui habitaculū notare aiunt. Samech.i. præsidium aut auxilium, faciuntq; quin tam coniunctionem uidelicet Mem Nun, samech.i. ex ipsis.s. pijs diuinæ legis & disciplinæ operationib. sempiternum præsidium habitum. AIN quot elementum fontes & oculos notificat. phe .i. os, sade iustitia, quæ tria elementa simul iuncta & cōnexa fontem atq; oris iustitiam declarant. Nam ut animalia epotis fontib. refrigerantur ita sitientes christianorum animi haustis suauiss. iustorum docte concionantiū uerbis salubrius recreantur. COPH quæ uocationē & clamorem notificat. RES ros hoc est caput, ut bresit .i. in capite, beth .n. præpositioni latinæ, in, respondet. SCIN schin.i. dentes. Tau uero quod ultimum elementum est signum aut nota multitudinis est, ut zeuahot .i. exercituum, quarum quatuor literarū septimam constituunt connexionem.s. uocationem capitis dentiū & signa. Nam uocatio ad Christum dominum, qui est caput legis, diuinis annunciationib. religiosorumq; prædicationib. facta est, quæ sane signa dentium sunt. quum diuini sermones, quotidianæq; annūciationes ad Christum præcipue uocent, ut illud Pauli credent illi quem nunq̄ uiderunt neq; audierunt. Quæ quidem omnes literæ hoc modo latinis adsimilantur ut Aleph a beth b gimel g daleth d He h uau u & o Heth f zai z Teth & Tau t quod signatum erat in frontibus omnium electorum. iod i caph seu cuph c & k lamed l Mem m

Nun n samech & scin ſ phe p resc r zade & zadic ſ tenui, sicut schin ſ crasso. & scin tenui. ex quibus He Heth Ain scin & zadic neq; a græcis neq; a latinis suo proprio charactere teste sanctiss. Hieronymo scribi possunt. quæ tandem omnes modo dulci sono pronunciantur ut literæ quas ipsi raphatas uocant, nam raphe linea est supra literam posita quæ signum dulcisoni est. modo crassa prolatione proferuntur, ut illæ quas daghessatas appellant, est.n. daghes punctus supra aut intra literam positus quo loquentes ut crasso sono pronuncient admouerentur. ut sela intra psalmi uersus signum est quo uoces psallentium attolli altius debent. Quibus omnibus literis pro numeris utuntur Hebræi ut Aleph 1 beth 2 gimel 3 daleth 4 He 5 uau 6 zai 7 Heth 8 Teth 9 iod 10. caph 20 lamed 30 Mem 40 Nun 50 samech 60 Ain 70 phe 80 sade 90 coph 100. resc 200 scin 300 Tau 400. Aleph cum duob. punctis superne appositis mille. Aleph cum bet bis mille. Aleph cum gimel ter mille, Aleph cum daleth quater mille, Aleph cum He quinquies mille Aleph cum uau sexties mille, Aleph cum zai septies mille Aleph cum Het octies mille, Aleph cum Teth nouies mille, Aleph cum iod decies mille. At si mille & bis centum signare uolunt Aleph cum bet diuerso modo scribunt. & deincep. Nec silendum puto diuina nomina ex literis constare ut El. Deus fortis, quod nomen Deo ob id conuenire uidetur quoniam potenter auxiliari solet. quod quidem nomen cum za alio diuino nomine geminari solet, qua inuocationis geminatione usus est ut ingentem animi dolorem indica-

ret

ret, ut in psalmo Deus Deus *mi quare dereliquisti me* Elohe *&* Eloha.i.Deus, *zeuaoth.i.* Deus *exercituum, ut* Mars *apud latinos, quod nomen inuocari solet quum quis suos hostes con fecit & uicit. ut* Deus *noster refugium & uirtus.i.* Deus *ze uaoth nobis arx & fortitudo,* Elion *Deus ex celsus,* Adonai Deus *pius,* Iah *&* Iod Dominus, *Sadai* Deus *omnipotens & robustus, iehouah quod nomen populum* Dei *significat quo quoq; arcam fœderis uocari ab* Hebræis *annotauimus, ut* Do*mine* Deus *meus in te confido, o iehouah* Deus *mi si istud commisi,* Domine Dominus *noster, iehouah* Domine *noster* Domini *est terra iehouæ est terra. quandoq;* Dauid *appellatio num congerie utitur ut quantopere* Dei *bonitatem admirare tur. ut in psalmo quinquagesimo, &* IESV *.i. saluator, quod salutiferum nomen uetustissimum legimus fuisse apud* Hebræos. *fuit. n. nomen cuiusdam strenui* Ducis *Hebræorum qui claris rebus gestis multam salutem attulit suis* Hebræis. *de quibus quidē diuinis nominibus multa* Diuus Hieronymus *ad* Marcellam *scribit. de tribus uero & septuaginta diuinis nominibus quæ ex literis* Hebraicis *duorū uersuum libri* Exo*di eliciuntur cabalistis relinquimus examinanda & percensen da, quibus alia duo addunt sur uidelicet &* Abir. At Moses *unum præcipuum addidit. s. qui est misit me ad uos quod græci endecagrammaton appellant, latini undecimum, & ehieh aser ehieh. i. ego sum qui sum, quod pariter undecimum uocant. nam in* Dauid *decem tantum diuina nomina obseruant, in quo rum literis, & præsertim in diuini illius admirabilis nominis quod* Tetragammaton *appellant numeros accurate contemplan*

tur ſed hæc melius in Hebræo *idiomate. Apud græcos uero unum tantum diuinum nomen reperitur uidelicet* ζευσ ἀπο τȣ ζην *.i. a uiuendo, quum ipſe ſit uita creatrix & lux omnium rerum, facitq; nos beneuiuere quaſi* εὖ ζευσ *Siqua uero mala nobis accidunt ex nobis ſunt, non a* Deo, *a quo dũ taxat bona proueniunt, ut ait* Homerus ἐξ ἡμεων κακα ἐμμεναι *Licet & hoc ipſum nomẽ* ζευσ μεταφορικωσ *dictũ ſit, quũ uerũ nomen non reperiatur quod plane diuinam naturam explicaret. immo apud antiquos græcos* μα Deũ *nominabant. i. per* ȣ μα *.i. non per. hoc eſt iurando non per illud numen quod nobis incognitum eſt, quam ob cauſam nominare nobis non licet, ut apud* Hebræos *iehouah quod nominare fas non eſt. loco cuius* Adonai *dicunt. quare quũ* ζευσ *ſcribitur, aut pro primo ente, ut ita loquar, uiuente, aut pro ſole accipitur* παρα το ζεω *a feruendo & a lucendo.* Latini *autem* Deum *quaſi* δεος *.i. timorem, quum timor quandoq; faciat* Deos. *uel* Deus *quaſi* θέοσ ἀπὸ τȣ θέω *.i. a currẽdo & a uidendo, quum omnia uideat ac diuina ſua intelligentia percurrat, preſentia uidelicet præterita & futura.* At *quum diuinam poteſtatem latini nominare uolunt* Numen *ipſam appellant.* De *alijs uero nominibus quæ uariæ nationes ſuis commodis inuocant* Plinius *deridenda iudicat* Fragilis, *inquit, & laborioſa mortalitas in partes iſta diuiſit & digeſſit, infirmitatis ſuæ memor, ut portionibus coleret quiſq; quo maxime indigeret, itaq; nomina alia alijs gentibus & numina in iiſdem innumerabilia reperimus.*

DE ALPHABETO GRAECO.

Q Vatuor & uiginti literas græci habēt, quarum figuris seu notis ueteres latini utebātur ut ait Volaterāus. extabat (inquit) in uaticano Delphica ænea Tabula Mineruæ dicata ad usq; Plinij sæculū, in qua graiæ notæ scriptæ erant, quibus illo tempore utebantur Romani, qui tunc alias literas seu elementa nō habebant. quarū inuentor siue fuerit Moses siue Abraham ut sacri scriptores aiunt nihil ad nos. Sat est Cadmū eas adinuenisse ac phænicibus dedisse ut inquit Ausonius, quodam ænigmate iambico dimetro scriptum, Aut ad sit interpres tuus ænigmatū qui cognitor, Vocās notas furuæ se piæ literas scriptorij atramenti, ut apud Persium.

Nigra ꝙ infusa uanescat sepia lympha.

Mellonis albam paginam .s. Niloticam papyrū, nā & Nilus Mellon dictus est, per Cnidios nodos, calamos intellexit, quib. utimur scribendo. At illud epigramma quo de omnib. grecis literis lusit Ausonius quum sit corruptissimū atꝙ in eo non paucæ mendæ consulto studiosis linquimus concernendum, fideliorem fortasse codicem habentibus.

Dux elementorum uiget in alijs.

Et suprema notis ascribitur argolicis Et. Quidā græcus ut uetustatē græcarū literarū celebraret, ait quēdā græcū rusticū in marmore uetustissimo scripta signa uidisse que nominare nesciebat, tantū illa digito demonstrasse. erat.n. in ipso marmore epithaphium quatuor & uiginti literis scriptū quas literas rusticus ipse signa nuncupabat. Primum græcorum elementorum est ἄλφα est .n. primum adinuentum

ut græcum uerbum a quo deriuatur ostendit nam ἀλφάω *seu* ἀλφαίνω *inuenire & inquirere significat aut* παρὰ τὸ ἀλφάζειν *.i. a cognoscendo seu intelligendo, quum per ipsam ac per alias cognoscamus & intelligamus quæ eisdem literis exarantur. qua de re græci uitæ disciplinam* ἄλφασιν *uocant: quam literam* αλφα *Ioannes Lascaris uir græcus ac eruditissimus dicit* ἀλφα *esse unum angulum illius pentagoni quam figuram uulgares quoq; græci pentalpham uocant.* Nam *quum omnes literæ geometrica mensura in diuersa lineamenta circinentur, uidetur* αλφα *ex pentagono educi, quo fit ut* αλφα *pentalpha a Ioanne Lascari nominetur.* Tametsi *non desint qui dicant* ἀλφα *caput bouis nuncupari, quum ad instar bouini capitis hoc ipsum elementum formatum sit. sed quis sit* Alpherius *miles in nostro dictionario de origine nostræ linguæ declarabitur, quod ex cuso hoc opusculo* Deo *annuente edetur.* Β *quam uitã seu betam uocant quasi litera bis* δὶς *ducta ab inferiori & superiori eius parte ut figura ipsius elementi ostendit* παρὰ τὸ βέβακεν δὶς ἐπιβέβηκε τῶν λοιπῶν *ut ex antiquis codicibus etymologicis colligitur græcis, hoc est calamus suo ductu ultra reliquum literæ transiuit.* At *alij græci dicũt* βαίτην *indumentũ seu uestẽ pellibus insutã significare. qua uocabo significatione* Mar. *cum codro iocatus est.*

Quod Alpha *dixi codre penulatorum.*
Te *nuper aliqua quum iocarer charta.*
Si *forte bilem mouit hic tibi uersus.*
Dicas *licebit beta me togatorũ.*

Ac Iuuenalis in auaros inuectus dixit.
Hoc monstrant uetulæ pueris poscentibus assem.
Hoc discunt oẽs ante Alpha & uita puellæ. γαμμα *hanc literam doctiss. lascaris ex* f *digamma deduci & formari ait. quum* Γ *dimidium ipsius* f *digammæ esse uideatur. At uetustissimi græci scriptores dicunt* γαμμα *quasi* γαμαν *.i. falcem uocari, quum ad falcis similitudinem formatum sit, deriueturq; ab infinito* ἀμαν *.i. metere a suo uerbo* ἀμαω *.i. falce sata meto. uel* γαμμα *quasi geman more ionico quod rusticum instrumentum est, quo messes seu fruges ad horrea importantur. In Ausonij uero Epigrammate mendam esse puto, quum poeta dicat* γαμμα *tribus nominibus uocari, immo uno nomine* γαμμα *uocatur sed tribus notis seu signis scribi uidelicet* Γ γ *quas quidem tres literas Alpha, uita, gamma, quum quidam Athenienſis adolescens didicisset, multum doctrinæ se fuisse adeptum patri suo dixit. de signo autem quod Musici gamma uocant, primam. s. sex notularũ musicarum notam, non gamma græcum elementum putandũ est sed quendam apicem, quem uulgares gambam latini crus uocant, ad instar cruris figuratum. Nam apicibus quibusdam longobardi olim cantantes utebantur. cur nõ ab Alpha, aut beta, alijsq; literis non incepissent. dicẽdo beta ut, Alpha ut, delta ut &:* δ δελτα *hæc litera celestẽ triangulũ ostendit, & Nili insulam quam Del'am uocant, quum trigonalis sit, ad cuius simil.tu li em quasdã figuras triangulares quæ in fronte apparere sol.n Deltas galenus uocat. hoc quoq; nomine omnes literas, omnesq; libellos*

seu Tabulas ac pontificum diplomata uulgo li breui del Papa ait lascaris uocari, a quo δέλτοι nuncupantur. At græci Fauorino teste, geometrarum more dicunt τὴν δέλτον δύο ἔχειν κεραίας καὶ μέσην μίαν .i. duo bñs cornua & lineã unam mediam, nam ad instar duorum cornuum figuratur quæ sunt Δ mediaq; linea inferne clausa hoc modo Δ qua elementi uoce quidam lepidiss. Poeta græcus in Tyrannos iocatus est dicens.

οὐχ ἐθέλω δεσμώνης οὐ παρέχω δοῦναι *hoc ẽ nolo uocari Dñs quũ nõ possim donare. Erat quidã Persa cognomento Datis q loquẽdo sui nominis literã iterabat, cuius uitiosa locutio δατισμὸς uocatur, ut iotacissimus, lãbdacismus & aliæ uitiosæ pronunciationes, cuius Persæ mala locutio δατιδόσμελος ab Aristophane appellatur. dicunt quidam δέλτα literã ad cunei similitudinẽ formatã, qui cuneus ἔμβολον dicitur. Quã literã Diuinns Plato in suo Cratilo.i. in libello de recta nominũ & uerborũ significatione dixit quã plurimis dictionibus græcis esse adiectã ut ἡδονή ἡδονή .i. uoluptas. E πσιλὸν quã græci ex duobus circulis quos medias lunas uulgares uocãt aiunt eẽ cõpositã. unũ .c sub alio q iunctæ cælestes circulos imitãtur. quã ob causam αἰὼν .i. æuũ ab hac litera dictũ uolũt quasi τοῦ ὄντος αἰῶνος μιμεῖται .i. existente æuo teste Fauorino E litera seculũ aut ꝑpetuũ euum imitatur aut tẽpus, quod quidẽ tẽpus nil aliud ẽ quã iter seu meatus cælestiũ girorũ ab uno cæli loco ad aliũ. quo meatu aut profectione Tẽpus, mensis & annus atq; horæ numerantur, quẽ annũ anulũ ægyptij ad instar inuoluti serpentis suam cau/*

dā mordentis figurabāt. q sane annus ab Homero ἐνιαυτὸς. Hoc est in ipsis dictus est. *a* Virgilio.

Atq; in se sua p uestigia uoluitur annus. Animaduertendū q; *est græcos scriptores* E *litera loco singularis accusatiui usos fuisse huius pronominis* ὅς οὗ ᾗ ἕ *latine eū* .ζῆτα *seu* Zeta *quæ figurā duplicis literæ ostēdit* ἐστι δὲ ἐν τῶν διπλῶν συμφώνων. *i. fuit consilio quodam adinuēta loco duarū consonantium ut fauorinus inquit dicta est* ζῆτα παρὰ τὸ ζητέω *.i. a quærendo, uel* παρὰ τὸ ζέσαι *.i. a feruendo, a quo uerbo dictus fuit* ζεὺς *.i. sol ut diximus. quippe quæ quandam uiuam ac stridulam suæ uocis pronunciationem, atq; uentosum quendam spiritum sibilantem pronunciādo ostendit* παρὰ τοῦ ζῆτου τοῦ βορέου *.i. a flatu boreæ dicta est.* Erat *olim* Zeta *pars ædium in qua* ζητηταὶ *.i. inquisitores uersabantur. quam literam* Ausonius *dicit esse dimidiatū* B *sic* I 3 *quæ lineæ simul iunctæ efficiunt* B. Diuiduum, *inquit*, Bete *monosyllabon italicum si surgat erit. de qua* Plato *philosophorum omnium* Homerus *in suo cratilo ait ueteres grecos loco* ζ δ *usos esse ut* ζήμιω δεῦσ *pro* διμιωδευσ *quam* Z *literam idem plato* ζεον *.i. feruidam literam uocauit.* ητὰ *seu eta, hanc literam lascaris dicit nil aliud esse quam crassum quendam spiritum quem aspirationem uocamus, quam ueteres græci sexdecim literis olim ad inuentis apponebant, quibus illo tempore utebantur. quæ litera latinis seruit loco* E *longi. quam alij græci quos citat* Fauorinus *a præterito imperfecto* ἦκα *.i. erat dictam aiunt, a suo indicatiuo* ἔω

quasi litera a cæteris ex puncta & adempta. quum post pona tur a & e & o ob diphthongũ. & supponatur υ & H Et ω diphthongis improprijs. quamobrem quidam primam li/ teram uocalem esse uoluerunt. quod iota plato ait suo sæcu lo relictum esse, loco cuius modo E modo H adhibebant. Facitq; iota linguæ uitium quod ιοτα κισμὸς uocatur ut Iu nius Iuno Iouis & iulus. quam literam lascaris dicit formatam fuisse ac inuentam ex uestigijs nominis ιὸ mulieris, quam pa ter quum inuenire non posset, uidens in puluere ιὸ signum scriptum magnopere fleuit, cognoscens id ipsum signũ seu ue/ stigium fuisse mutatæ formæ & mutati corporis indicium. ex quo sane uestigio formatum fuit iota, Ouidij Testimonio.

Littera pro uerbis quam pes in puluere duxit.
Corporis indicium mutati triste peregit.
Me miserum ingeminat, tu ne es quæsita per omnes
Nota mihi terras, Tu non inuenta reperta es.

κάππα ὅτι καπίδος καί καμπίδος .i. *obliquũ & inclina tum clementum. est. n. teste Ausonio ad instar furcæ .trium cornuum. i. trium flexarum linearum, dicens.*

Kappa fui quondam bæotia, nunc latium.
Furca tricornigera specie penè ultima sum.

Vel κάππα ὅτι τὸν καπνὸν ἔχον .i. *& spiritum hẽt. uel* κάππα *quasi* κόππα ἔχον .i. *uocẽ hñs. nã ipsa litera quandã uocem habet aut spiritum quendam sub gutture. Hac litera Asiani eorum equos signando inurebant, quos coppatias ap/ pellabant. hac quoq; litera lepide iocatur apud græcos contra adulatores uidelicet* εἰς κόρακας καί κόλακας *in coruos*

.s. & adulatores, unius literæ mutatione. quum adulator ac assentator more corui famam illius qui eidem aures pate/facit mordeat atq; rodat. λαμβδα seu lauda a laudan/do dicta. sunt quædam syllabæ quæ si addantur diction/bus incrementū faciunt ut λα, δα, ζα, ιφι, ιππο, αρι ερι. quam literam dicit Lascaris constare ex acuto accentu & graui, sic λ quod signum uasis manica uidetur, quæ manica λαβη uel λαβὰ dicitur. alij uero dicunt λαμβδα παρα τὸ λειωσ βαινειν quasi leuissimi soni ac leuius currens litera. in carminib. n. nullam asperitatem habet dum pronunciatur. de qua Plato λαμβδα quæ si λα & λεια. i. leue liquidumq; sonat, quum sit lubrica & laben/tem linguam reddat εςι δε inquit τολιπαρον .i. est pin-guis cuius uox liquida est ut temperetur. addunt græci, in/quit Plato huic literæ λ γαμμα ut λοιωδεσ, γλοιωδεσ λυκυ γλυκυ, λισχρον, γλισχρον .i. uiscosū lutulentū, dul ce & lubricum (Platonis exempla sunt) Ambigit socrates apud Platonē cur λ interiecta nominibus nō reddat nominis asperitatem suauem? quum ipsa suauis sit. ut σκληροτησ .i. asperitas aut σκηροτηρ ut Eretrienses populi loquuntur, nunc σκληροτησ & σκληροτηρ. nam σκληρὸν debet esse contrarium σκηρον .i. asperum, quod sane nomen suaue de beret esse adueniente. λ. Vocant Medici capitis suturam seu iunctos neruos quosdam λαμβδοειδην .i. quandam partē ad instar λ literæ formatam. cuius literæ iteratio λαμβδα κισμοσ .i. oris uitium ut sol luna luce, lucere. μι παρα το μηκηνω .i. extendo & longum reddo aliquid μηκησ.

enim longum & prolixum significat quum tribus lineis ex/tendatur in longum, quod cæteris literis accidere non so/let ut ait Fauorinus. μι παρα τὸ μυκτηρίζω *.i. subsanno uel naso aliquem suspendo. est profecto litera ad deridendũ apta, aut* μί ὅτι μυγμόν τι ἔχει *.i. gemitum quen/dam habeat. quum eadem litera sit initium fletus* μυρο μαι *enim flere significat.* Ab *hac litera* Diuinam *iliada* Ma/*gnus* Homerus *inchoauit ut* μῆνιν ἄειδε θεὰ, *ut prima primi nominis syllaba numerum librorum totius rapsodiæ in dicaret.* μ *enim quadraginta* η *uero octo. nam quadragin/ta & octo libri* Homeri *habentur.* νι *de hac litera socrates apud* Platonem *ait. literarum inuentor & auctor animad/uertens ipsius* ν *sonum in imo gutture detineri, eo. s. elemento nominauit* τὸ ἔνδον καὶ τὰ ἔντος *.i. quod in/tus & quæ intrinsecus sunt ut res per literas repræsenta/ret. ut* νεῖκος *odium* νεανίσκος *intrinsecum odiũ* ἱστορῶ νῶ *narro* Nestor *qui intrinseca narrat. & alia id genus multa.* At *fauorinus* νι ὅτι νυγμόν τινα ἔχει *.i. puntu/ram aut stimulum quendam habens. habet enim eadem li/tera dum pronunciatur quendam acutum & pungentem so/num, uel* νι παρὰ τὸ νύττω *idest pello ac pungo. nox enim diem pellit. sunt quædam græcæ syllabæ quæ uim uo/cum diminuunt quibus eædem adhærent ut* να, νε, νυ, νο, νω. ξι, τὸ ξύσμα τοῦ σιδήρου σημαίνει *.i. ra mentum seu ferri rasuram significat* παρὰ τὸ ξέσαι *a poliendo & sculpendo. nam ipsa non est integra litera, quũm ex c & s composita sit ut* ξι *quasi csi, comparaturq;*

duabus SS teste fauorino. omicron.i.o parū quod Socrates apud Platonem rotundū elemētū uocat, & ob id Sγογγύλον quod rotundum quid significat o rotunda litera indiget. nam o suæ rotūdæ figuræ simile est. πι παρὰ τὸ παίω .i. percutio, ferio aut terreo. nam dum pronunciatur aures ferit ac perterret. quam Lascaris ait duplici figura formatam esse, parum eius sonus differens a, p, Latino. addensq; idem Auctor ad similitudinem huius literæ π miro artificio omnium Aedium fenestras fabricatas esse. Illudq; notandū digestorū seu pandectarum ciuiles libros hac ipsa litera cum linea circū/flexa supra eandē posita signari uidelicet π̃ quā literā impe riti legulei duplicē FF putauerūt, quasi fabre factos libros. ρῶ παρὰ τὸ ῥέω idest fluo ac moueo ut sentit Socrates apud Platonem. ipsum itaq; elementū ρ ut modo dicebam oportunum motus instrumentū est, quo inquit, nominū au/ctor & inuentor ad motus expressionem utitur ut ρεῖν fluere & ῥοὴ fluxu per literam ρ lationem imitatur. ὑγρὸν γάρ ἐστιν .i. liquidū sane atq; humidum est, & ob hanc causam fluenti oleo compararūt ἀτεελαιον ῥεῖ'.i. Veluti oleū fluit. quæ litera sola dasian & psili recipit. immo prisci Romani Rhomam cū aspiratione non romam scribebant sine aspira/tione. quum ρ cū dasia quæ in aspirationem nostram uerti/tur scribitur. & rhodon non rodon. Quā literā si maiuscula nota scribemus Latino P erit similis ut inquit Ausonius. Ausoniū si P scribas, ero Cæcropiū.

Rho ῥ quod e græcia mutabitur in latiū. quamq; idem poeta Antennarū statui adsimilat ob eius asperū sonū dicens.

Malus ut Antennam fert uertice, sic ego sum
Spiritus hic flatus tenuissimã uiuificãs, ob cuius literæ stridulũ asperumq; sonũ euenit ut phalereus scribit apud Ciceronem ꝙ quum Demosthenes ipsum elementũ ρ proferre nequiret exercitatiõe fecisse ut planissime diceret. σίγμα hæc litera silentiũ secũ fert παρὰ τὸ σιγῶ .i. sileo ac taceo, quo fit ut hac litera uel signo in sacris locis religiosi cõ aduenientibus silentiũ cõmonstrent. Alij hanc ipsam literam a bulliendo dictam uolunt παρὰ τὸ σιζειν .i. a bulliendo, quũ ignitũ seu igneũ ferrũ in aqua frigida immersum stridulũ sibilũ reddere uideatur. At Socrates apud Platonẽ παρα το σείεσθαι .i. a concutiendo & quassando dictam censet. quemadmodũ, inquit, ψ σ ζ quæ literæ uehementioris spiritus sunt, talia quædam nominum auctor exprimit ψυχρὸν frigidũ ζέον feruẽs σείεσθαι cõcuti, & cõmuniter σεισμὸν concussionem quassationemq; significat. Quotiesq; uehemẽs quippiam & spiritu plenũ imitari uult nominũ institutor, tales ut plurimũ literas adhibet. Quin etiam ipsius σ compressionem ac T & linguæ uelut hærentia retractionem intendit. hac quoq; litera Asiani eorum equos in urendo signabant quos inustos Samphoras ab inusto signo ϛ nuncupabant. sicut coppatias a Kappa, ut diximus. quæ quidem litera futuris temporibus græcorum uerborum deseruit ut τύπτω τύψω Et, Eratq; apud antiquos sedile quodam ab hac elementi forma denominatũ. Martialis. septem signa capit, sex sumus, adde lupũ. Addit præterea plato ex dialogi personis colloquentibus σσ loco geminate λλ primũ

loco consonantis. u sequente uocali dictaq; est litera pythagoræ quoniam ab ipso inuenta est. nam antiqui græci hac ipsa litera carebant. qua inuenta aiunt pythagoram centum boues Ioui sacrificasse ob quod sacrificium figuram in qua y intra quadratum signatum est Ecatomben uocant. quæ figura ē quadragesima sexta primi Euclidis. Item υ in diphthongis semper erit F ut αυ af ευ ef ηυ if ωυ of. at ου u ad differentiam ωυ of, Χ quæ c h nostrum aspiratum est ὅτι χεομένην ἔχει τὴν ἐκφώνησιν .i. quod fusilem uocem habet, nam dum pronūciatur gutture, Hebræorum more profertur & auditur. quam literam Lascaris uir doctissimus ex diagonio siue diallelo figura compositam ait, quam rhetores χιασον appellant. quo quidem elemento Asteriscū in hunc modum signatū, & a nobis inuentū discernimus. Χ. seu quatuor punctis interlineas ad ipsam coniunctionē distinctā Asterisci signū ait esse Eustachius, atq; ad figurā axiū intersese & ad figurā zodiaci cum æquinoctio intersectiones. additq; idē Eustachius ex Timeo Platonis de numeris Armonicis quos ꝑ longitudinem diuidit, lineisq; duabus effectis alteram per medium admouet alteri hoc modo. Χ. cuius intersectionem Χi literæ similem dicit quæ Platonis uerba de hac ipsa litera in hoc loco Transferenda iudicaui, quum notatu quam dignissima sint ταύτην οὖν τὴν ξύστασιν πᾶσαν διπλῆν κατὰ μῆκος σχίσας πρὸς μέσην ἑκατέραν ἀλλήλαις οἷον Χ. προσβαλὼν κατέκαμψεν εἰς κύκλον. hoc est hanc igitur coniunctionem omnem duplicem per longitudinem

ſcindens ad mediam utranq; uicisſim ut. X. adijciens flexit in circulum. intelligens Plato per huius literæ figurã cæli qua/tuor partes deſignari, quas partes horas Homerus uocat. quã quadram literam Deus ſummus opifex inclinauit in rotundam formam Mundi. unde Plinius ubi delimitatione agrorum lo/quitur diximus (inquit) ut in media linea deſignaretur um/bilicus, ac per hunc mediũ currat alia linea. hæc erit ab exor tu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem. & limes qui ita ſe cabit agrũ decumanus uocabitur. φ quod noſtrum F aſpira tũ ẽ ph ὅτι φαῖον τὸ μελαν .i. quod fuſcũ nomen aut turpẽ ſibilum fuſcamq; uocem dum pronunciatur oſtendit. φαιος .n. fuſcum deformemq; colorem ſignificat. At Laſcaris di- cit φι formam eſſe ad caducei baculi ſimilitudinem medio/cris menſuræ anguibus utrinq; ſupra eius medium complicatis in circuli modum, qui baculus diameter ad inſtar φι literæ ui detur eẽ ψι apud nos pſ ὅτι τὸν ψυρισμὸν ἔχει .i. ſibi lum quendam habens ut τὸ ψιθύρισμα .i. frondium diſco/lor aura aut ſuſurrus apud Theocritum. quam literã Plato di cit nominibus adiectã ipſorũ nominũ ſenſũ occultare & obſcu rare ut εὕδω dormio aut καθεύδω ψεύδω & ψευδος men dax, platonicis ſane utor Exemplis. ωμεγα .i. ω ma/gnum. de qua litera Plato, ipſum uero ὦ μεγάλῳ .i. magno & magnitudini tribuit nominum inſtitutor, ut ipſum ητα μήκει .i. longitudini quoniam magnæ literæ ſunt. nam ω ex duplici o o componitur ut H ex duplici E E ut dixi/mus. licet & grammatici literas maiores & minores uocent ad coniungendas literas neceſſarias, maiores aiunt quæ in con

iunctione

iunctione remanent, minores uero quum pereunt ac perduntur ut precipientibus liquet. sed quod Auso/nius poeta dicat ω mega apud romanos quandoq; lo/co u fuisse, hoc ambiguum est. quum non me/minerim ω in y conuersum aliquando. dixit poe/ta ω quod & y græcum compensat romula uox. De quibus omnibus literis Plato dixit eademq; ratione cæ/tera secundum literas ac syllabas rebus singulis accom modare uidetur nominum auctor & institutor, signum nomenq; constituens, ex his deinde species iam reliquas per similitudinem constituere. Neue aliquid memoratu dignum nos prætereat, notandum christum dixisse ego sum Aleph & Tau quod euangelista qui græce scripsit in eundem sensum dixit ego sum Alpha & o quod ωμεγα intelligunt .i. ego sum principium & finis, uel ego sum prora & puppis ut recognoscit Erasmus. quam ob rem uidetur liquino omnes literas ordinatas fuisse ac ordine quodam collocatas, quum dictum sit ego sum alpha & o.i. prima & ultima litera, idipsumq; non esset si ordinem quen dam non haberent. Nam ubi extrema ordinata sunt in ter media quoq; ordine carere non possunt. sed quando & quis primus eas ordinauerit curiosis examinandum reli/quimus. De græcis diphthongis super sedendum puto quum non sit his hic locus conueniens mihi ta/men respondendum arbitror communi obiectioni r cur inquiunt E & o indiphthongis non retineant pro/priam uocem, & iota quod eis apponitur suum sonum ha

be'a!!an id accidat quum ε & o semper breues sint, & iota cõis & o'i I utraq; maior. at de A cui id ipsum iota iungitur quũ sint ambæ communes ambæ propriam uocem perdunt & tertiũ so num efficiunt ε. de η & ω uero quibus iota ipsum supponitur dubium non est. quum sint ipso iota maiores. illud quoq; lectorẽ admonebo extare Plutarchi eruditissimum opusculum in quo scriptum reliquit syllam Athenis Tabulam in qua ei diph bon gus scripta erat Veneri seu Apollini dedicasse. sed quid sibi uoluerit sylla ab eodem Plutarcho petendum iudico. id profe cto dixerim lacedæmonios hosti respondere solitos hac ipsa diph thongo ei hoc est, si, conditionis syllaba. intelligentes per talẽ syl labam, Tu quicunq; es nobis inimicus ac acerrimus hostis om/ nes nos interficies & neci dabis si poteris hoc efficere. De pro nun'iatione pariter tacendum, modo tamen ne in persianam censuram incidamus. Rancidulum quiddam balba denare locu tus eliquat, & tenero supplantat uerba palato. restat dum ta/ xat dicendum omnes libros græcos cum oratorum tum poetarũ eisdem literis loco numerorum distinctos ac diuisos. & quod apud græcos turpissimum putabatur has literas ignorare. quũ erat in Adagio μητε νειν μητε γραμματα. hoc est neq; lite ras scit neq; natare. & hic ipse imperitus homo in Alphabetus nuncupatur.

DE GRAECIS NVMERIS.

VTuntur & græci græcis literis numerorum loco. ut A 1 B 2 Γ 3 Δ 4 Ε 5. At quum π sit prima litera

πεντε aduerbij quod quinq; significat π quoq; quinq; significa bit. sed quum graeci careant litera aut signo quod senarium no taret. ad inuenerunt ς & 6 quæ sane notæ aut signa nullum literæ officium hñt nisi numerandi. deinde ζ 7 H 8 θ 9 iota x Et si recentiores græci utantur ζ pro senario H pro sep tenario θ pro oc tonario & hoc signo) pro nonario. nam ca rent qao q; nota, quæ eundẽ nonarium numerum significat simi liter δεκα litera quũ sit prima huius græci aduerbij δεκα .i. decẽ. ipsa quoq; denariũ indicabit. cui δ si unũ ad datur ιι διι 12 διιι 13 διιιι 14 δπ 15 δπι 16 δπιι 17 δπιιι 18 δπιιιι 19 δδ 20 δδι 21 δδιι 22 δδιιι 23 δδιιιι 24 δδπ 25 δδπι 26 δδπιι 27 δδ πιιι 28 δδπιιιι 29 δδδ 30 δδδδ 40 δδδδδ 0 5 licet καππα indicet 20 λ 30 μ 40 ν 50. quẽ qdẽ numerũ quinquaginta bis literis quoq; figurant .s. π cum δ intra ip sam in clusa. est.n. numerus denarius intra quinarium colloca tus. nã multiplicando denariũ per quinariũ quinquaginta cõple bũtur. similiter π cũ δ inclusa & δ foris posita 60 πδδ cũ δ inclusa & alteris duab. foris 70 & ξ quũ ξ quoq; sexa ginta significet ο micron 70 π 80 At 90 hoc signo fi gurant S seu b quæ uidetur esse ητα. carent.n nota quæ nona ginta ostenderet. ρ centum, pariterq; ητα eundem numerum centenarium significat quũ sit prima litera ηκατον quod hodie εκατον dicitur quod aduerbium centum significat. Prisci.n. scriptores ηκατον non εκατον scribebant. sic HH 200 HHH 300 HHHH 400 &. hodie uero 6 bis centum significat T tercentũ υ quater centum φ quinquies centum.

positis 70000 *&*: ρ *cum iota sub se posito centies mille significat*. At *centies mille & centum* Δ *cum* н *intus incluso &* н *extra posito* Δ *cum* н *inclu/so & alteris duob. a latere ipsius* Δ 1200 Δ *cum* н *& tribus alijs a latere eiusdem* Δ 1300 Δ *cum* н *intus, & quatuor alijs foris* 1400 Δ *cum* н *incluso &* π *cum altero* н *incluso* 1500 *&: duo uero* нн *cum* x *inferius scripto ducenties mille duæ .n. literæ* нн *bis centum signant cum* x *subtus quæ tibi millenarium numerum ostendit. similiter* ннн 300000 нннн 400000 π *uero cum* н *intus incluso ac* x *subtus* 500000 π *cum* н *incluso & alterum* н *alatere de foris* 600000 *sic* 700000 800000 900000 *eodem ordine censentur.* Nam *quum aliquis non ignorabit* π *significare quinq;* Δ *decem* н *centum* x *mille, &* M *decies mille ob rationes iam dictas, neq; ignorabit literam numeralem, intra aliam eandem multiplicare uel ab ea/dem multiplicari, facile omnes numeros inueniet. ut* x *sub altero positum myrionem significat pariterq; de alijs literis quarum alia sub alia posita multiplicandum numerum ostendit quum litera superior millies inferiorem contineat idipsumq; apud antiquos græcos.* At *recentiores breuitatis amantissimi hos ipsos longos antiquorũ numeros reliquerũt, & alios breuiores ex cogitarunt. exempligratia* A *cum iota subtus pro numero millenario* B *cun eodem iota infra se posito* 2000 Γ 3000 Δ 4000 ε 5000 ς *uel* 6 6000

tinus ille seruus iocatus est dicens dicta docta pro datis mihi dedit. F quam modo in u modo in b uertebant antiqui ut fordeũ hordeum, Trafo, uefo pro Trabo & uebo Teste Pontano. Fita, fale, nunc uita, uale. item olim ampliasit terminasit, hodie ampliauit terminauit. qua sane litera quidam poeta Etruscus in quendam eius sermonem admirantem sua lingua iocatus est dicens.

Ciocche io ti dico non ua insino alleffe.
Pensa quandio saro condotto al rue. G

quod elementum quatuor latinis nominibus additũ fuit ut naro, nato, nauo, nosco. nunc gnaro gnauo, gnato, gnosco. ut apud uulgares euitare geuitare pro gauitare, uastare, guastare &. H hodie sola aspirationis nota est. licet olim consonans litera fuerit, ut in uirgilianis uersib. dilĩgẽtissimi ĩterpretes obseruarũt. Addam cærea pruna. honos erit huic quoq; pomo. in quo carmine h non cadit a scansione. quod literæ signum Astrologis satur no attribuunt. nam Falci ad simulatur. quam in manu senex saturnus tenet, qui Χρονοσ i. tempus a græcis dicitur. Tempus .n. oĩa consumit. ouidius

Tempus edax rerum tuq; inuidiosa uetustas
Omnia consumitis. quod quoq; signum sex (tertium signat. nam t, duas libras indicant iunctæ reddunt H cui addito S cum recta linea intersecante ambas literas id ipsum pondus significant. I hanc literam ob suum insensibilem sonum, Poetæ modo a singularibus datiuis expungebant, modo ob eandem rationem duplicabant. ut aspectu & conspectu, pro aspectui & conspectui. frequens figura apud uirgilium. Item Dij, œnotrij,

graij, Maijus & suijs. pro Di, œnotri, grai, Maius & suis Nã licet hæc ipsa noĩa duplici ij scriberẽtur, unico tamen Elemento pronunciabantur. K de hac litera Quintilianus ait. & ipsa quorundam nominum nota fuit, ut quæ in Kalendis, in Kastris & Kardis solum scribebatur, ut in marmoribus uisum est. kappa, inquit apud græcos nunc tantum in numero manet. L hanc quoq; literam ob suum lubricum sonũ duplicabant ut paullum aduerbium, & paullus nomen ut in uetustis monumentis & antiquis numis apparet. item pellegerent oculis apud uirgiliũ nõ perlegerẽt, pellucerent, pellabor, non per lucerent aut perlabor apud Terentium Scaurum qui de geminandis literis liquidis librum edidit. cui literæ L hominem laqueo uitam finientem plautinus ille seruus adsimilauit. quippe quæ in Etruscis cantilenis iterari ac repeti solet Petrarcha.

Laura che'l uerde lauro, & l'aureo crine.

qua litera l libram ll duas libras M quam literam humanæ faciei Dantes comparauit, sed alia figura descriptam. Cuius latino Metacismo plautus poeta lepidissimus in quendam, qui memoriter uerba narrantis impediebat iocatus est dicens Memorẽ immemorem facit, qui memori memorat quod ipse meminit. ut a Petrarcha qui uernaculo Metacismo usus est.

Di me medesimo meco mi uergogno.

item Plautus mihi ego uideo, mihi ego sapio, mihi, ego credo plurimum. N negationis nota est. Nam præcipitur nobis absq; ius iurando interroganti respondere est est, non non. græce Nai Nai, ou ou. O apud uulgares ad mirantis & timentis est. Dantes de inferorum aiab. nouam umbram eo dẽ descendentẽ timentibus.

timentib. atq; admirantibus etrusco plectro cecinit.
Mutar lo canto in uno O *lungo & roco.*
Est quoq; lætantis signum Ariostus.
Et *con quell'* O *che d'allegrezza dire.*
Si suole, incomminciò. ma poi cangiosse. legimus in uitis san/ ctorum patrum senem Heremitam *discipulũ scribentem uocas se.* At *ille cupidus obedire* Magistro *præcipienti dimidiatum atq; imperfectum o reliquit inceptum. qui ad cellam rediens ip sam literam aureo colore absolutam inuenit.* Notificans *nobis* Deus *gloriosus nullum holocaustum aut uictimam ei fo re magis gratam atq; accæptam quàm obedientiam, ut in uul/ gari prouerbio, meglio obedire che sacrificare. p q r in alias consonantes commutantur ut dicemus. solum* R *nota ma/ iuscula scriptum ab elemento græco* P *ad dita linea factũ est.* S *hanc literam prisci illi* Latini *ab horrentes expungebant a nomi nibus, ut* Achilli, *ulyßi,* Herculi, *pro* Achillis, *ulyßis* Hercu *lis. non per homio teleuton sed per antiquam declinationem. ut filius* Verri *apud ciceronem, pro* Verris, *& idgerus.* At *posteritas hanc literam ad amans geminabat in nominibus ut* Ambessus, *odiossus, fussus, aussus, imperiossus, caussa & si/ milia nomina quæ litera* S *semis ad uerbium indicat, qua ad/ dita* H *dimidiũ libræ significat ut* HS *duas libras cũ dimidio libræ, quod pondus sexstertiũ notat ut diximus.* T Valerius Maximus *in secundo libro de istitutis* Romanorum *scriptum reliquit. ꝑ quum* Tribuni *plebis decretis ac sententijs populi* Romani *senatusq; assentirentur, hac nota seu signo locum pa/ ginæ obsignabant. qua quoq; litera* Eleemosinam *pauperibus*

dare solemus uidelicet To *more græco* T ω *in eodẽ sensu.* A*d huius literæ* T *figuram olim crux formata erat in quam rei mortis postulati acti erant. in quam christus sublatus. ipsam crucem, quæ prius supplicium & ignominia scelestorum erat moriens nobilitauit.* V *hoc uocale digamma paululum de medio secessit, & i loco eius delectare incæpit ut manibiæ, libido, maximus, delixus, arispex, contimax & aucitium.* N*unc uero manubiæ, lubido, maxumus, deluxus, aruspex, contumax & aucupium.* Q*uod quidẽ uocale digamma dictionib. interponebatur ut apud antiquos* T*urguet,* T*inguit, urguet* N*ũc uero* T*urget, urget &* T*ingit. qñq; expũgebãt ut equus; qis, qas, qos. nunc equus, quis, quas, quos.* X *de qua litera* Q*uintilianus ait, & nostrarum ultima* X*. qua tamen carere potuissemus si non quæsissemus. ex quib.* Q*uintiliani uerbis apparet aut nostras latinas literas fuisse ordinatas.* N*am non dicimns aliquam rem ultimam nisi sit aliqua prima & res aliæ intermediæ in ordinem redactæ. aut dixit ultimam .i. postremo & ultimum ad inuentam. quæ quum ex c & s composita sit, quandoq; in s commutabant ut exul, esul. xecundus secundus. sexcentos sescentos. permixtus permistus. quandoq; uero & s & x utebantur ut exsibent, exspectatum, exsuperabile. exstudui,* N*unc simplici x.* A*t quum græci maiusculis notis* XpiSου *scribant. quidam imperiti xp̄m more græco scribebant. similiter* ιhσουσ *putantes* ητα *esse latinam aspirationem ihesum seu ih̄m scribunt.* Y *hoc elementum græcum est, & græcis nominibus tantum additur. hac .n. litera in nominibus dumtaxat græcis uti-*

mur. At ambigunt cur nostri pueri discentes legendo ipsam sio nominent, dicendo T, u x, sio, z, dicimus quod quum latini diphthongũ υ cũ iota adjimũ ipsius scripto in y uerterint sic cõpositũ ipsa literae x tensa uidetur a graeco uerbo φυο.i. extendo & produco, unde υὸσ.i. filius. quam literae figurã uolãtes grues figurãt, qua de re. Mar. ait si una auis ex gruibus extra alias uolauerit Turbabitur litera.i.ordo ipsarũ gruũ dicẽs. Turbabis uersus, nec litera tota uolabit.

Vnam perdideris si palamedis auem. z haec quoque litera nostris latinis literis addita fuit, quae quum pariter graeca sit. hac ipsa litera graeca tantum nomina notamus & scribimus ut zeno, zeugma, zeuxis pictor, zizania, zodiacus, zona, zoilus, zoroaster, zelus, zethus iouis filius, zephyrus & zeros alba Crystalli species. nam zero numeri nota aliud est ut in nostro dictionario de nostrae linguae origine. 9 quod signum non recte scribitur, quum, 9 ab antiquis latinis scriberetur. quae nota non temere latino Alphabeto addita fuit. ut indicaret eadem nota coniungum & libertarum nomina defunctarum in sepulturis scribi ut in antiquis & uetustissimis marmoribus uisum est uidelicet 9oniux, & 9on liberta, nũc coniux & cõ liberta. Rum, haec quoque syllaba nõ imperite scripta fuit in latino Alphabeto, loco graeci accẽtus circunflexi, quẽ plura lib. genitiuis supra scribimus graecorum more uidelicet Deôn Diuûm & Diuôn. latine Deorûm & Diuorum. quo fit ut idẽ circunflexus accentus latinae literae r additus rum hoc est eorundem genitiuorum uocem adnotaret indicaretque. Nam ut circumflexus componitur ex graui & acuto, ac apud

græcos duplicem literam supra quam ponitur indicet ut θεῶ τῆσ του & id genus. ita rum apud latinos composita uox est pluralis genitiui ab omnibus singularibus nominatiuis. Amē. hæc ultima dictio quæ hebræa est affir mantis nomen est quod Αμην græci inuerterunt. quasi uoluerint illi qui idem nomen nostro Alphabeto addiderunt quod omnes latinæ literæ uerissime notæ sunt & primordia omnium dictionum, quibus sane tantum uera ac uero similia non mendacia aut res uanas scribi debere ad monemur Vero. N. ut ait ph's omnia consonant. & homo est natus uera predicare non falsa. quum uanum, falsum, ac mendacium Deo opt. Max. nimis odiosum sit. ob id puto quum ipsi Deo qui uere est, id quod non est uidelicet uanū falsum. & medacium, nimium inimicum sit. Quod autem in ingressu latini Alphabeti apposuerint sacrosanctam crucem rubro colore figuratam. nulla alia ratione factum puto quām ꝙ puer futurus christianus re atq; operib. non sacra aqua primis annis illum christum crucifixum cognoscere assuescat, cui iure omnia, ut Dei filio, parent. illumq; dominum totius legis ac omnis doctrinæ Thæsaurum habendum in pectore sciat, qualem habere ipsum puerum deceat. præcipimurq, pueros omnes ab ineunte ætate sacris diuinarum rerum lectionibus diu assuefacere. Nam qui bonorum Autorum eruditis lectionibus dies nōctesq; assuescit, non potest ut non latine ac docte loquatur. ita sanctissimorum uirorum prudenter dictis ac factis quis bonas aures accommodat, benedicere ac bene sentire de omnibus solet. humana profecto nostra uoluntas atq; natura quotidiana consuetudine sacris dogmatibus assuefieri debet quum exse ipsa ad lu

bidinem & ad malum pro cliuis propensaq; fit. prudentissime quidem in hac re Hebræi qui eorum liberos primum omnium diuina nomina edocent. Nam initium seu caput libri quem ΒιΒλιὸν *græci uocāt, primis studijs ediscunt, in quo El ohim Dei diuinum nomen inscriptum est. ut de se ipso Deus gloriosus per prophetam dixerit in capite libri scriptum est de me. hoc est in initio libri nomen meum inscriptum est. quod sane omnibus ediscendum est. item & diuus Hieronymus uirginibus omnibus præcipit in primis sacrum Euangelium ediscendum. ut nihil aliud scire ipsas sanctas uirgines ac nos gloriemur q̄ christū dominum & hunc crucifixum ut ait Paulus. Cuius purissimo sanguine effuso omnes nos salui facti sumus. cuius colore ipsam sacrosanctam crucem colorarūt, ut hoc ipsum puer primum discat & sciat. ea ratione qua in alijs libris eorum titulos phæniceo colore depingunt, quem colorem seu minium Turchinum uocant, in phœnicum memoriā, quos literarum inuentores fuisse scimus. Solent & hæ literæ quandam affinitatem habere, ut o & u dicitur .n. uolnus & uulnus, seruus & seruos in nominatiuo, ita Auus & Auos, cupresso & cupressu, dono & donu rubigo & robigo, quoi & quui Hecoba & Hecuba, uoltu & uultu, notrix & nutrix, colchides & culchides, polyxena & pulyxena apud Quintilianū. itē adolescēs & adulescēs, adoltus & adultus, soboles. & suboles ut apud nos noi & nui, uoi & uui posero & pusero. At i cum u non plenum & similem sonum habet. est .n. teste Quintiliano medius quidem u & i literæ sonus. non enim sic optimum & optumum, decimam & decumam dicimus septima & septuma. Adde q & E in i da.*

secutus & sequutus, cotidie & quotidie, oblicus & obliquusq; recoquunt & requoquunt anticum & antiquum. Similisq; effectus est eiusdem c cum g ut Caius & gaius, Camilla & gamilla, Caieta & gaieta. Similemq; sonum habet D *cum* T *ut* Alexanter, *cassantra, nunc* Alexander *& cassandra apud* Quintilianum, *sic sed & set caput & capud.* Additq; Quintilianus *r in locum s ire ut ualesios, fusios, ita arbos, labos bonos, uapos, clamos & passes uenerunt, atq; ætatis fuerunt. nunc* Valerios, *furios, arbor, labor, bonor uapor, clamor & passer.* Vsu *uenire quoq; apud antiquos solebat latina nomina per primas eorū literas significari. ut* C. *caius. l. lucius.* T. *Tacius* Titius *&* Tullius. N. Nero. P. *publius.* Q. Quintus. Ap. Apius. Cl. *claudius.* Cn. Cneus. *coss. consules & cōsulibus.* Fl. Flauius. *pl. plotius.* Cr. Creticus. C. Cæsar. Ep. Epistola. *æd. pl. ædilis plebis. æd cur. ædilis curulis.* A. x. *annus decimus, & id genus multa. quæ a lanzellotto grāmatico antiquitatis studiosissimo collecta sunt. atq; in libris* Decretorū *distinctiōe lxxiij legimus quoq; eisdē primis literis sanctissimos uiros usos fuisse ut π pro prē υ pro filio.* A *pro spiritu sancto nā græce* πατηρ υοσ αγιοµ πνευµα *dicitur. Sed quū* Iustiniani Imperatoris *edicto easdē primas literas pro noībus legi uetitū fuerit, ob hāc causā ātiqs relinquēda sūt.* Nā *legētes decipiebātur, quū una litera plurium noīū poterat esse indiciū. ut* T. Tullius. Totus *&* Turtur. A. Aulus Aurū *argētū &* Asinus. M. Murena, Marcus, *& municipiū, quā obrē* A. F. P. R. *teste* Pōtano *a tribus romanis uiris trifariam interpretatæ fuerunt. a scauro* Actū *fide publica* Rutilij. *a* Ruttilio *Ante fac*

tum post relatum. a caio cannio equite Romano qui prope Rutilium erat exclamauit hunc esse ipsarum literarum uerum sensum Aemilius fecit plectitur Rutilius. Et hæc de omnib literis quas in uocales & consonantes diuidunt. quas græci non consonantes sed conuocales uocant .n. ipsas symphonas. φωνη nanq; uox est. non q̃ & ipsæ uocem habeant aliquã sed q̃ cum uocalib. significẽt, ea ratione qua dialectici συγκατηγορηματικὰ noĩa .i. cõsignificantia. latini uero consonantes q̃ sonũ dent uocalib. ictum aut percussionem ut soni significatio ostendit. uocantur .n. uocales feminæ quum generent, consonantes masculæ quum sonum efficiant. Immo ipse sonus tantum auditur, quo uoces intelliguntur. quam ob rem a græcis ἦχος sonus & omnis uox dicitur. quare prudenter a latinis consonantes non conuocales dictæ sunt.

DE NVMERIS LATINIS,

DIximus latinos & Romanos multo seueriores fuisse quam cæteras gentes ac breuitatis amantissimos. Nam numerãdo breuibus notis utuntur ut i ii iii iiii V aut q̃ quinta litera uocalis sit aut q̃ dimidiatum x est. quod signum denarij numeri nota est. quæ in duplex > < decussatur. Nam ipsum x ob id decem significat, quia prima litera numeri Millenarij est apud græcos χίλιοι .n. Mille ostendit. qui sane Millenarius numerus ex denario centies multiplicato absoluitur & completur. quem numerum Millenarium, numerum crescentem Arithmetici uocant. quotiescunq; .n. numerus se ipsum multipli/

cans

cans & numerum multiplicatum iterum multiplicat, crescens numerus appellatur ut uulgo io uia io cento, & io uia cento Mille. Nam omnis numerus a Denario replicatus Denarius est. quo Denarij signo x numus signatus erat apud antiquos, quem Romæ uidi leonis Decimi tempore in Aedibus Angeli Colotij. apud quem omnia antiqua pondera, quam plurimaque anti qua numismata seruabantur quæ uulgus Miraglias uocat. erat .n. uir ille Angelus colotius cum rerum antiquarum diligentissimus scrutator, Tum bonarum literarum studiosiss. xv 15 xvi 16 xvij 17 xviij 18 xviiij 19 xx 20. xxx 30 xxxx 40 l 50 quum sit litera eiusdem feræ soni & effectus N græci elementi quod eundem numerum quinquagenarium significat, dicimus .n. inquit Priscianus lympham & Nympham. At si x preponatur l, xl quadraginta indicabit, pariterque vL 45 .lx 60 lxx 70 lxxx 80 lxxxx 90 C uero centum. est .n. prima litera eiusdem centenarij numeri. cui notæ C si x præponatur xc nonaginta ostendet cc 200 ccc 300 cccc 400 D 500. quod signum nil aliud esse aiunt quam dimidiatum M sic ΛΛ quo clauso & absoluto fit ꝺ D uisum est antiquis. At nos diligentius speculati dicimus antiquos C & altero inuerso sic Ɔ cum V intermedio Millenarium numerum indicasse. Nam V quod quinarij signum est altero C utrinq; addito quinquagesimum numerum notat, quinquies .n. centum quinquagesimum complent. quare dimidiatum V quod hanc lineam I ostendit addita aut C recto aut inuerso uerum D efficiet quod dimidium Millenarij indicabit. C M hæ duæ literæ centies mille, sicut X M decies Mille, V

F

M *quinquies* Mille *significat. similiter* xxM 20000 xxxM 30000 xxxxM 40000 LM 50000 Et. *De notis aut quibus* Mercatores *utuntur dicunt eas ab indis translatas fuisse.* At *nos non indas sed mixtas ex graecis & latinis literis contendimus esse. ut* 1 ꝝ: 2 ꝝ: 3 4 *quae nota quum sit similis q quae prima litera est numeri quaternarij significat quatuor.* S. *s. quinq; hanc literam quum antiqui inter* δ *&* ε *psilon repererint collatam teste* Diuo Hieronymo, *qui doctissimus uir atq; sanctis. dicit solum numerum significare; nullumq; officium literae habet ut tanti sanctissimi uiri textum recognoscit* Erasmus. *quam* S *sic intermediam, immo supra* δ *&* E *positam, putauerunt imperiti quinq; significare quum fuerit quinta in illo antiquo ordine posita. quam idem* Diuus Hieronymus *&* Erasmus Episemum *uocant. ut* N *apud* Budeu *quae nota uiginti significat. loquens de numero tribunorum in pandectis. erat. n. solum numeri signum, nec literae officiu habebat. qua de re ex tanto uiro liquet multis ante eum saeculis fuisse notas literis persimiles, non tamen literas sed solum numerorum signa & notas.* 6 σ*igma graecum est. apud nos* S *prima litera numeri senarij ut de* π δ H *& x apud graecos diximus* 7 *quae nota quum sit similis* ζ*etae graeco elemento maiuscula nota scripto septem significabit. quum sit septima litera numerato* S. 8 *nota uero* θ *graeco similis est, quod* θ *octaua litera est, ex puncto ipso* S *a graeco* Alphabeto. 9 *a signo graeco* ϙ *quod nonaginta demonstrat deriuatur.* 10 *de hoc numero ai aduertendum est* Arithmeticos *quosdam numeros loco unitatis usos fuisse ut senarium pro uno seu pro unitate positum, sic denarium pro*

alia unitate. Nam & latini & uulgares dicunt unos sex dies unos decem menses. uulgo un sei di un diece mesi. quam ob causam scripserunt 1 pro uno denario. quem numerum d. narium o circularis figura sibi per quã similis & perfecta indicat. quae quidem figura quum sit perfecta & sibi simillima, perfectum numerũ atq; eũdẽ addat oportet. gerit .n. uicẽ similis & pfecti numeri addẽdi. quã ob causam zerũ uulgus quasi gerũ agerẽdo dictam uocat, licet sola nõ addita numeris nihil significet. ut di ci solet uulgo io ti istimo un zero cioe da niente ut Ariostus.

Gia cento mila hauean stimato un zero.

Et in fuga sen uan senza coraggio. Exempli gratia 1 *adden do ei o decem efficit, addendo oo efficit centum, ooo reddit mille, oooo decies mille, ooooo centies mille oooooo millies mille.* Et. *ea ratione qua quadratum numerum multiplicamus uulgo 4 uia 4. fan 16. 4 uia 16. 64. 4 uia 64. 256* Et: *eodem modo o reddit unum decem, alius circulus reddit eundem denarium numerum decies decem, alius centies decem, alius decies mille uel millies decem* Et. *semper .n. perfectum & similem numerum, quasi duplicatum qua dratum reddit. & hoc ipsum quam prudentissime ab illis qui has notas inuenerunt excogitatũ est.* Et *pariter de caeteris nu meris quibus addi solet. ut 20. 30. 40. addit .n. binario bis de cem,* T*ernario ter decem, ac quaternario quaterdecem.* Et *id gẽ nus. Illud quoq; notandum antiquos digitis seu digitorum quodam gestu numerasse, ut modo compressis digitis, mo do molli ipsorum digitorum coniunctione, nunc porre cta palma, nunc clausa manu, uarioq; cum manus* Tum

digitorum gestu, ut ex diuo Hieronymo contra Io uinianum in expositione parabolæ Domini de fr uctu agri Tricesimo, cen tesimo ac sexagesimo clare liquet, atq; ex Erasmo qui quen dam uetustissimũ codicem manu scriptum legit, in quo ydem numeri digitis numerati scripti erant etiam patet. quem anti quum morem & usum Iuuenalis in nostram memoriam reuoca uit dicens felix nimirum, qui per tot sæcula mortem.

Distulit. atq; suos iam dextra computat annos.

Nam ab uno usq; ad nouem sinistræ manus digitis numerabãt, quos numeros per digitos numeratos digitos uocabant seu linea res quoniam per quasdam lineas disponebãtur, ijq; imperfecti di cebantur. a decimo uero digito in maiores numeros computan do articulos appellabant siue perfectos. qui sanè primus Dena rius erat principium reliquorum Denariorum. uel hos Dena rios ut alij Arithmetici dicunt digitales, quasi decetales, a decem .n. nomen sortiuntur, illos uero articulares. Exempli gratia sex senarius articularis erit, quoniam per articulos nume ratur, sexaginta uero erit senarius digitalis quasi decetalis quo niam per decem numeratur & sic de alijs. qui quidem digitales numeri dextera tantum manu numerabantur. quod carmen Iuuenalis planè declarat dicens. atq, suos iam dextra computat annos. Et quoniam locuti sumus de uariarum nationum li teris, quæ numerorum signa sunt, restat ut de omnibus alijs nu meris mentio incidat, quum iudicio non casu de literis nume ros indicantibus locuti simus. Non q; omnia quæ ad numeros pertineant attingere uelimus, nam hoc ipsum non opusculum sed magnum opus esset perscribere. sed ea dumtaxat in compen

dium reducemus quæ necessaria uidebuntur. Q*ui .n. de nu meris scripserunt magna uolumina ediderunt quæ ne mulus qui dem portare posset, fortasis legentibus superua canea. quum in* Mathematicis *disciplinis quæ causa exercendi ingeniꝫ tantum discebantur bonum .s. finis non sit* Teste Auerroe *Ea autem dicemus quæ cognitu pulchra studiosis uidebuntur.* In *primis a prima unitate incipiendum est. quæ unitas* μονας *.i. solitu do seu solitaria res a græcis dicta est. alio uocabolo* ἑνας *licet a doctis græcis non recipiatur hoc ipsum uocabulum, quam qui dem unitatem non numerum sed principium numeri esse dicũt quum numerus multitudo ac summa rerum sit, quæ si sub au/ rium mensurã aliquam cadit* αριθμος *a græcis dicitur ut ait* Cicero *a qua unitate unus proficiscitur græce* εις*, a quo græco nomine non deriuatur* ἑνας *sed a neutro nomine* εν *.i. unum.* At *notanda est inter unitatẽ & unũ differentia,* Nam μονας *.i. unitas seu ut ita loquar, solitaria entitas nullum habet respe ctum ad alios numeros ut uox sonat. sicut unus &* εις *qui ut dia lecticorũ nominibus utar, correlatiuus est ad reliquos numeros qua de re recte a* Dionysio Areopegita *Deus sola unitas a cæte ris rebus se iuncta dicta est* θεος εστι *inquit,* μονας και ἁπλοτης *.i.* Deus *est unitas & simplex. quum ipse* Deus *nullum habeat cum rebus creatis commercium & affinitatem ob suam ũeram & diuinam* Maiestatem. T*ametsi nostrum uiue re & esse ex ipso* Deo *sit,* T*anquam uniuersalis & generalis effectus a sua generali & prima causa.* Dei *.n. genus sumus ob quam causam dixit* Auerrois ꝙ Deus *non cognoscit uiles ac tur pes humanas actiões atq; curas nostras inanes. ne eius diuina co*

gnitio uilesceret. licet catholici aliter sentiant qui aiunt diui/nam prudentiam seu prouidentiam bonum & malum cognoscere. Duo, hic numerus dualis seu binarius, quamuis sit duplex unitas aut bis unus. Tamen est diuersus ab ipso uno. Nã unus quatenus unus, ut nomen sonat, est sibi ipsi quã simillimus ac sibi ipsi consonans & assentiẽs. quum uero exit a se & in binarium transit a se ipso dissentire uidetur & discordia inter duos est. quam obrem græci uerbum in hanc sententiam inuenerunt διχάζειν .i. dissentire atq; disconuenire significat. Et ob hanc causam Plato idem & diuersum duo principia, non rerum naturalium ut falsò peripatetici sibi attribuunt, sed actionum animæ posuit, ut in Timeo de eisdem principijs loquitur animam ipsam constituens. Hoc ipso binario in primis summus opifex cælum & terram creauit, hoc est duplicem Mundum, ut magnus Architectus .s. diuinam naturam & elementarem fabricauit. ad cuius totius orbis rerum generationem duo principia Materia & forma concurrunt. eodemq; binario Magnus Homerus Iliada & odysseam in rapsodiam humanas actiones describens ordinauit. quo quoq; numero duplicem legem agnoscimus ueterem & nouam Domini .s. duplex testamentum. Tres. hoc ternario numero diuinus Plato initium libri de rerum uniuersitate apud Timeum pythagorico more inchoauit. unus, duo, Tres, inquit, quartus autem ubi est o Socrates eorum qui heri inconuiuio accepti fuerunt, numerum conuiuarum & conuiuij platonici indicans. in nuẽsq; diuinum numerum ternarium omnem numerum esse, nullum q; alium a ternario reperiri, ꝙ in ipso numero reperto terna/

rius ipse non computetur. Tribusq; rebus humana uita tenetur cibo potione & spiritu Item omnis sermo de omni re inter tres uerus habetur. Nam Christus inquit, ubi fuerint duo uel tres innomine meo congregati ibi in medio eorum sum ego. con gregati; dixit, aut in conuiuio antiquorum more, aut in sacris locis, ubi de diuinis rebus suauis sermo haberi solet. quem quidem numerum ternarium natura prudentissima in componendis corporibus teste Aristotele ad inuenit. quum omne corpus linea seu longitudine, plano seu superficie. & spissitudine quam profunditatem uocant, constet Tribus .n. dimensionibus siue mensuris natura contenta est. quum quarta mensura non reperiatur, ut quartus conuiua apud Platonem minime inueniri poterat ab alijs qui consederant in conuiuio. probant similiter Mathematici super linea recta lineas perpendiculares non amplius tres describendas. Immo ut ait Auerroes hoc dictum, ut suis utar uerbis, est famosum in grammatica. i quã disciplina reperitur numerus minor seu singularis proprio uocabolo dictus. pariterq; dualis suo quoq; uocabolo nuncupatus, dicimus .n. duos ambos At tres non item. quum sit primus numerus pluralis. Nam Ternario numero omne, totũ & perfectum intelligimus, habet.n principiũ mediũ & finem. quare quũ dicimus duos, ambos intelligimus, at utroq; non omnes, quum uero dicimus Tres, omnes nominamus, ac primum & minorem numerum pluralem pluraliumq; paucitatem intelligimus. quam obrem pythagorici diuinis rebus trinitatem sacrificijs celebrandis assignarunt teste Aristotole in principio primi libri de cælo. quam trinitatem

natura in quāplurimis rebus creatis demonstrauit, ut Tres charites, Tresq; parcbas, Tria rerum principia, materia, forma & priuatio, & id genus alias res, quas studiosus lector in crippo numeri ternarij apud Ausonium inueniet. Quatuor. diximus de unitate, græce μονασ, de numero binario a græcis δυασ deq; trinitate a græcis τριασ, nūc de numero quaternario, cuius quaternitas græce dicitur τετράσ. in quo quaternario numero quatuor elemēta cū quatuor eorū qualitatibus reponendas per censemus. quæ sane quatuor Elementa, principes & primas qualitates appellat Cicero, alias aūt quæ ex ipsis Elementis aere .s. igni, aqua & terra oriuntur secundas qualitates nomināt, & utrasq; græci ποιοτητασ teste eodē Cic. appellant; quod nomen phōrum non uulgi apud græcos esse ait Cicero Item quadri partitam uirtutum illam diuisionem, quatuorq; ευαγγελια atq; Tetrarchiæ regnum seu ditio. nec non quadrum numerum in quem inquit Cicero antiqui sententias redigebant. Adde uirum quatuor uirtutum formosis speciebus præsignem Tetragonum ab Aristotele appellatū. Cui quidem primo quaternario quem articularē uocant, digitalem quaternarium .s. quadragiata ad similant. hunc numerum adeo Deus affectauit, ut quadraginta dies & totidem noctes ieiunum fuisse legimus eius filium de uita exiturum. quadraginta quoq; dies Moses ieiuno corpore fuit ut legem Domini mereretur accipere. Item eodem dierum numero populus Dei soliuagus olim fuit. Dauid Quadraginta annis proximus fuit generationi huic. dicunt quoq; Medici quadraginta Hebdomadis puerulum in uentre matris occultari. Nam legi

mus

mus Hippocratem *multum in praegnantibus mulieribus* Qua*dragenis numeris tribuisse.* Quinq; *seu quinarius numerus graece* πεντάς. *ut quatuor Elementa cum caelestibus gyris, quos circulos quintae Essentie uocāt.* Quinquennalisq; *antiquorum ludorum celebritas. quiq; numerus impar ex primo impari .s. ternario primoq; pari .s. binario compositus est. qua de re secundum imparem & compositum nominant, sunt quoq; arborum ordines quos quincunces uocāt.* Sex *siue senarius numerus graece* ἑξάς. *hunc numerum ob id perfectum uocant. quum ex omni parte eius diuisae partes ipsum dumtaxat senarium reddunt, quas partes aliquotas appellant. ut. 3. 3. sex. 2. 2. 2. sex. 4. 2. sex. 5. 1. sex. quo numero* Maximus *opifex aedificatorq; mundi* Deus *inferiorem & superiorem mundum creauit, quos sex dies* Cabalistae *sex* Hebraeorum *literis conferunt, singulas literas singulis diebus comparantes. de qua re multa scribunt. hoc numero quoq; comicorum senarios legimus scriptos.* Septē *aut septenarius numerus graece* ἑπτάς *hunc numerum* Plato *uirginem appellauit; & ob hanc causam* Mineruae *illum dedicauit.* Virgo *.n. numerus est quum nullus alius numerus eum metiatur. licet ex quaternario &* Ter*nario componatur. de quo in sacris literis. septies in die laudem dixi tibi. & septies in die cadit iustus.* Item Petrus Cristo *ait.* Domine *si septies peccauerit frater meus remittam illum? respondit humanissimus* Christus, *nō dico tibi septies sed septuagies septies .i. septies septuaginta ꝙ 490 numerum efficit. hec ipsa multiplicatio. non ꝙ* Christus *ad hunc ipsum numerum respectum haberet. ut ociosi quidam arbitrantur. sed fuit*

modus quidã loquẽdi & respõdẽdi. immo Deus infinita bonitate summus infinitũ numerũ intellexit ut si infinite qs peccabit infinite & ei parcetur. quũ maior sit diuinæ clemẽtiæ ĩfinitudo ꝙ ĩfinitudo peccatorũ. Præcipit Iulius Maternus septenariũ numerũ in geniturıs obseruãdũ ac uenerãdũ. de quo nr̃o multa apud Macrobium de natura pueri ex Hippocrate qui librũ πέρι τησ φυσιασ παιδιου .i. de natura pueri edidit ĩquo libro notat ipse Macrobius quã diligẽtissime dierũ, horarũ & mẽsiũ oẽs septenarios, quos nutrices matresq; obseruãt, a quo Auctore petenda censeo qui in hac re longo sermone lectorẽ retinet. Quod uero septẽ stellæ septẽ Triones in boote appareant septemq; planetæ omnibus liquet. de quo septenario Virg. o terq; quaterq; beati. quem numerum plenum Cicero uocauit. Octo & octonarius numerus græce ογδοασ. hunc numerum Musici διαπασων .i. per omnia uocant, ut διατεσσαρων per quatuor, διαπεντε per quinq;, ac διατριων per tria. Non tamen intelligendum est per oĩa .i. p oẽs numeros quũ id Denario conueniat qui oẽs numeros cõpletitur. sed per oĩa hoc est per oẽs diuersarũ atq; dissimilium uocũ cõcentus ac cõsensus quod uocabolũ Musicorũ dũtaxat est. habet .n. ipse octonarius numerus oẽs cõsonantes uoces ac cõsonos modos canẽdi. quos quidẽ musicos modos Cantores consonantias uocãt: ut puta secundã & septimã consonantiã (Cantantium .n. nõibus utor) imperfectas cõsonãtias. tertiã, quartam & sextã minus imperfectas. sunt nãq; quidã modi cæteris consonãtiores & suauiores. ex quibus oĩbus octonarius numerus Musicus componitur. Tametsi præcipue dia tessaronica

ac diapentica proportione componatur. Nam quũ dicunt per omnia græco uocabolo διαπασων a quatuor usq; ad octo nu merare incipiũt. quem musicũ concentum duplicantes bis dia/ pason uocant, hoc est quindecim consonantes uoces quarũ ulti mam quintadecimam uocant, quæ intermedios multos cõsonos modos cõplectitur. Nouenarius numerus a græcis εννεας hic numerus ex ternario ortus est. nã ter tria nouem efficiũt quippe qui octonario cõparatus & adiectus illũ sonũ efficit quẽ tonum græca uoce nominãt. est. n. Tonus extensio quedam ut uox ipsa græce sonat seu musicũ aut canorũ interuallũ a nouena rio ad octanariũ. Nam quãdam tabellam in nouem spatia par tiuntur, cuius spatium seu interuallum quod inter nouem & octo collocatur tonũ reddit in sexquioctaua proportione resul tantem. a nouenario. n. ad octonariũ sexquioctaua proportio nascitur. quam sane tabellã huiusmodi sonoris interuallis diui/ sam cordotonũ ab ipso tono dictũ appellant. quod quidem sex/ quioctauum interuallũ ad huc diuidentes duo semitonia facit minus. s. & maius. renuit. n. natura uocem seu sonũ in duo spatia æqualia diuidi ut in Musicis instrumẽtis liqdo apparet. obseruãt & platonici hũc ipsũ nouenariũ numerũ. nouẽ profecto annis ait diuinus Plato Minoẽ in speluca mãsisse & a Ioue leges accæpisse. Itẽ nouẽ diebus suos mortuos ãtiqui funerabãtur, & ad exequias cohonestãdas amicos inuitabãt. Nonoq; die respon sa in Tripodibus dabantur. quo quoq; Nouenario dierum numeno leges condendæ, ac sæuitura clades indicabatur ut ..... . in. nonus dies apud Homerum, quo dierum numero detestabilis pestilentia in græcorum exercitum

ſæuit. Nouem ſimiliter animæ conditiones a platone nume/
rantur apud phædrum. ut nouem Angelorum ordines quos
cæleſtes hierarchias uocant ſacri ſcriptores conteſtantur. No
uenarium ſeptenariumq; Iulius Maternus in genituris obſer
uandos præcipit hi .n. duo numeri magnos ſane portendunt ef
fectus atq; per ipſos in Mundo multæ mutationis fiunt. Dena
rius græce δεκάσ. qui numerus eo cæteris eſt perfectior quo
ſingulatim omnes alios numeros continet. poſt denarium profe
cto nulla numeratio eſt præter Denarij replicationem. Hunc
Denarium pythagorici primam quadraturam aut quadram fi/
guram appellarunt. ex uno, duobus, tribus, & quatuor ad
ſpeciem pyramidatæ figuræ ac corporis diſpoſitis. Dauid in
pſalterio deca cordo pſallam tibi. Item Plato in phædro ſiue
in libro de pulchro de animarum lapſu loquens, ait; in idem .n.
unde profecta eſt cuiuſq; anima, annis decem milibus non re/
uertitur. Nam alas ante hoc tempus aut temporis ſpatium non
recuperat præter illius animam qui ſine dolo philoſophatus eſt.
uel unam cum ſapientiæ ſtudio pulchritudinem amauit. erat
apud Romanos ampliſſimum collegium Decemuirale, a de/
cem uiris dictum. Duo denarius qui a græcis δωδεκάσ dici
tur. cui numero tantum tribuit Plato ut alterum Mundi opi/
ficem fuiſſe crediderim. ſtatuit .n. urbes duodecim tribubus di
ſtribuendas atq; exornandas. quas Tribus duodecim Dijs, ſex
maribus, ſexq; fæminis teſte Marſilio ficino dedicauit. in phæ
dro quoq; duodecim ordines diuinorum adducit. ac in Timeo
duodecim faciebus Mundum formare uidetur. In alioq; dialo
go cuius titulus Critias uocatur, ante diluuium duodecim anti

qua regna fuisse describit. Additq; duodecim cæli spheras, duodecimq; in zodiaco signa. ac planetarum duodecim domicilia, in quibus Singulorum mortalium genituræ ab Astrologis cognoscũtur inuento eorum horoscopo quem ascendentẽ uocant. Item Christus non ne inquit duodecim horæ sunt diei? quum duodecim Apostolos alloqueretur. Numerant quoq; ph'i duodecim in Elementis cõditiones, quæ a duo denario cuiusq; hoĩs proprio representantur. Amansq; christus crescentem numerum .s. bis sex duodecim, sexties duodecim duo & septuaginta. Quo numero alios Apostolos delegit. Respexit quoq; Plato numerum Millenarium. Millesimo anno in phædro inquit, ambæ .s. animæ redeuntes sortem & electionem secundæ uitæ suscipiunt. deligit unaquæq; .s. anima eam uitam quã cupit & uult. hæ quidem tertio ambitu Mille annorum, si ter hanc ipsam de inceps elegerit uitam, si recuperatis alis post tria milia annorum euolant abeuntes. Atq; non semel magnum numerum quinquies mille & quadraginta 5040 in suis legibus commendat, de numero partium Ciuitatis ac de diuidendis agris loquitur. oportet (inquit) certe omnem legis latorem tantum de numeris intelligere ut quis qualisq; numerus singulis Ciuitatibus commodissimus sit non ignoret. dicamus aũt eum numerum aptiorem esse qui plurimas & præsertim ordine dispositas in se ipso distributiones recipit. neq; .n. omnis numerus omnes in omnia sectiones habet, sed numerus quinquies Milium & quadraginta & ad bellum & ad pacem, ad contraria omnia societate & tributa non in plures q̃ unam de sexaginta partes incidi potest, ab una autem usq; ad decem

continuas, Nunc uero subdit, exempli descriptionisq; causa ut res ipsa perficiatur ad ferēdam legem sermo descendat, quinquies mille & quadraginta sint ob commoditatem numeri huius. Agricolæ quiq; pro finibus depugnent. Primum quidem quantum oportet esse numerum constituendum censeo. hæctenus plato. Quem quidem magnum numerum platonicum duodecies diuidit Marsilius Ficinus ad sui Platonis sententiam. in primis in dimidietatem 2 5 20. deinde eundem numerū 5 00 40 in tres partes in quatuor, in quinq; in sex, in septem, in octo, in nouem, in decem. quas omnes diuisiones seu numeros sic diuisos obseruandos iudicant platonici atq; Academici, quorum numerorum portiones ac partes integras arbitratur Marsilius esse. Additq; idem Marsilius eundem numerum 5 00 40 in undecim quoq; partes diuidendum. quum undecima eius pars sit 4 5 8 atq; insuper duas undecimas portiunculas. quod si (inquit) in duodecim, pars erit 420. & hic sistе pedem lector ait. sed quoniam Plato sexaginta commemorauit. interpetatur Marsilius uniuersum illum numerū quinquies mille & quadraginta quem plurimi facere uidetur Plato, in sexaginta partes diuidendum; cuius numeri diuisi sexagesima pars 8 4 erit. quem numerum seu sexagesimam partē .i. 8 4 quidam Platonici Veneri consecrarunt atq; Amori. quum ciues amore quodam mutuaq; necessitudine detineri debeant. Nam quinquies Mille & quadraginta Ciuibus, ciuiumq; honoribus ac censibus idem Plato accommodauit. quē numerum alij Platonici populis tantum aptum dicunt. ne popu lorum multitudo seu plures ciues q̃ 5 00 40 de interficiēdis

eorum regibus coniurarent: qua exitiosa coniuratione ipsi reges interficerentur. Item ne populi amplius ꝙ quinq; milia & quadraginta iugerum sustirere possint. quodq; iidem populi non multa ciuium multitudine res moderarentur suas. De illa aũt diuini Platonis diuulgata atq; celebratissima numerorum dispositione, quam in animæ constitutione apud Timeum tantus philosophus figurauit ut in pauca conferam atq; ꝙ breuissime posterо Platonicum sensum aperiam. Nam in hac re illi ipsi Platonici longissimi sunt, atq; indeclarandis ipsis numeris multa uerba redundant. ego uero ne tuas diuinas occupationes ciuilium studiorum atq; diuinarum rerum in quibus occupatus es Amplissime uir impediam, tantum uerborum effundam quantum necesse erit, ne super uacanea mea uerba tibi in magnis rebus occupato molestas occupationes afferre uideantur. Diuinus, inquam Plato esistimans Animam, siue humanam siue Mundanam, esse Armoniam atq; Armonicis concentibus compositum, sonoris canorisq; numeris ipsam ac apto modulamine quodam describere uisus est. Dum omnes illos numeros, in ipsius Animæ musica constitutione numerosoq; progressu ordinat, ac copulat qui pro portiones oẽs Musicas generare uidetur. Nam quũ in Apice Trianguli unitatem collocauit Deũ animarũ omniũ creatorẽ demõstrauit. dũ uero hinc duplares numeros illinc triplares collocare intẽdit, duplicẽ Animæ naturã describere uidetur diuiduã s. ꝑ numeros pares, atq; indiuiduã ꝑ numeros impares. quos qdẽ pares numeros fœminas ob naturalẽ generationẽ naturalẽꝗ numerorũ fœcunditatem uocant. Impares uero masculos ob eorundẽ simplicẽ sterili

tatem. At quum numeri pares cum imparibus coniungātur, mediam siue tertiam commixtam ex utrisq; numeris naturam ostendere uisus est .n. anima media inter naturam diuinam & animantia corporea. ea ratione qua ταμαθεματικα quorum exemplis utitur media sunt inter naturales res & diuinas. Nā quandoq; (immo semper) anima circa corpus diuiditur, & corporeis actionibus indigere in intelligendo uidetur. Suadens sibi Plato ex primo binario primoq; Ternario ipsam animam constare ex Essentia .s. eodem, altero statu, & motu. nam numerus quinarius ex binario & Ternario componitur, & tertio .n. pari .s. quaternario secūdoq; impari .i. nouenario. (nam utrinq; pares & impares numeri ad Triāguli latera collocati sunt) duodecim inquam, Animæ conditiones cum sui simplici essentia intelliguntur. ex ultimo .n. pari .s. octonario, postremoq; impari .i. septenario & uigenario Triginta quinq; animæ potentias enumerant Nam uegetatiua, sensitiua, intellectiua, reminiscentia & uoluntas, quinq; animæ partes multiplicatæ per septem eiusdem animæ operationes, quinq; sensuum uidelicet exteriorum actiones, ac irascibilem concupiscibilemq; eius potentias triginta quinq; numerum reddunt. & quū octonarius sit primus numerus corpus efficiens. Vigintiseptemq; primus cubus .s. quadrum corpus ad speciem & formam quadri lapilli quem uulgo Dadum dicunt constituentes. ob hāc causam non plures numeros Plato in Trigonali serie disposuit Quem quidem numerorum ordinem alij platonici aliter ordinare atq; alio ordine uidentur. quidam ad latera Triangoli ut in diuulgatis codicibus apparent, quidam uero in duabus re/

ctis lineis, in quarum altera pares, in altera impares compu tantur nonnulli in eadem linea recta commixtos ipsos numeros describunt ut ex uerbis ipsius Platonis *ostenditur.* De generi*bus uero numerorum in ter medijs, quæ sexquialtera interual la sexquitertia, atq; sexquioctaua spatia efficiunt. ociosis tan tum, non tibi* Reuerendiss. *præsuli in laudabilib.* Ciuilium *diuinorumq; iurium studijs occupato considcranda relinqui/ mus. pro comperto. n. habent omnes omnium uirtutum nume/ ros floresq; diuinæ animæ tuæ germanos ac consentaneos,* Do*mi & foris quotidie te omnibus* Commonstrare. Numerosq; *illos platonicos ut possumus tamen (nam incisis in tabula figu ris carent impressores) recta quadam serie ordinabimus* 1. 2. 4. 8. *ad unum .s.* Trianguli *latus.* 1. 3. 9. 27. *ad reliquum.* Nam *eo ordine diuinus Plato eosdem numeros in hanc seriem ordinauit. quo se ipsos enumerant.* Exempli *gra/ tia. unitas seu unus mouens se ipsum binarium efficit, similiter binarius se ipsum multiplicans quaternarium implet. at idem binarius quaternarium. octonarium absoluit ut in paribus nu/ meris uidetur. quorum pares sectiones uaria corpora constitu/ unt uidelicet corpora altera parte longiora, & corpora quadra ut dicemus.* Pariter*q; in imparibus.* V*nus se ipsum impari nu meratione multiplicans ternarium reddit, & hic ipse* Terna/*rius nouenarium atq; ternarius nouenarium ter enumerans. ui ginti septem finit & terminat. quo sane numero omnes cubos intelligimus.* Q*ua de re in hunc ordinem dupla,* Triplaq; *interualla ad dexterum* Trianguli *latus & ad leuum uide/ mus armonicis numeris ac musicis proportionibus diuisa. ut*

per impares numeros interiorem ; per pares exteriorem ani/mæ operationem ostendunt. De quibus sane numeris satis multa Marsilius Ficinus & sigillatim. Primum .n. unitatem diuinæ animæ simplicitati comparat. binarium deinde diiduæ animæ naturæ. de ternario uero numero multa ex Platone, deq; quaternario nō pauca ex Iamblico, Syriano & Proculo. Item de nouenario, quum nouem Musarum uires atq; actio/nes ipsa anima accipiat. de numero uiginti septem omniū actionum plenitudinem animam a Deo recepisse. de septenario aūt & quinario īter medijs numeris ait. septenariū geminæ trinitatis unitatem esse atq; multa eē quæ in Mūdo per eūdē septenariū transiguntur. At de quinario probat. ad quamcunq; Denarij numeri diuisionem Medium Arithmeticū esse. Nam superuacuum est, inquit, ut quis quinto numeret seu denariū partiatur in quinq; atq; quinq; & mediū quinariū habeat. reditq; ad quinq; illa rerū genera Essentiā, uidelicet, idem, alterū, statū & motum. Quibus quidē quinq; generibus anima cōtemperatur. Est nanq; ipsa anima Essentia, quū suæ Essentiæ siue rationis suæ ac formæ actum propriū habeat. Estq; idem quoniā secū primum & cum alijs deinde congruit. rursus est alterum, quia quandam non secum sed ad alia differentiam habet. licet quandoq; secum dissentiat ut nunc hoc, nunc illud desiderat atq; appetat. Est quoq; status. quippe quū aliquandiu suam quandam retineat unitatem. Deniq; est motus, quoniā exitū quendam ex poten/tia in actū habeat. At quū anima principiū motionis, rite numeris non omnibus, sed Musicis tantū.i. mobilibus cōparatur immo non solum per numeros sed etiā per figuras ipsius animæ

natura demonstratur. per quas naturaliter ad corpora cognosci tur declinare. per numeros uero ad incorporea. Duosq; *alios nu meros cel:brasse Platonem uidemus* 256 *&* 243. *hūcq; a suo maiori tredecim superari, qui numerus* 13 *est octaua pars ac prope semis numeri* 243. At *quū hic ipse numerus* 243 *ad numerū* 256 *non habeat ueram comparationem ut* 8 *ad* 9 *ex quo sexquioctauo interuallo phthongus .i. sonus aut* Tonus *efficitur. dixit* Plato Huius *cūt particulæ interual lo assumpto, ea inde habebatur numeri ad numerū interminis comparatio, quæ est inter ducentos quinquaginta sex, & ducē tos quadraginta tres. innuens nobis ut reor,* Animam *com positam fuisse ex sexquioctaua proportione, aut ex tono qui ex hoc sexquioctauo interuallo nascitur, a quo quidem musico spatio quod in duo inæqualia hemitonia diuiditur in hemitoniū maius .s. & hemitonium minus, illam particulam assump sit quam* Diesim *aut lemma uocant* Musici. *qua sane armoni ca particula hemitonium maius superat minus & hoc ipsum minus superatur a maiori. intendens igitur* Plato *numerū* 13 *quo differt* 256. *a* 243 *non posse nec maius nec minus he mitonium efficere, ipsam animam ex canoris numeris atq; ex sonoris interuallis compositam, nec integrum tonū nec uerū he mitoniū paulo maius dimidio, nec uerū hemitoniū paulo minus ipso dimidio. sed tantū modo* Diesim *siue armonicū lemma es se, quo sane lēmate ambo ipsa hemitonia differūt. quod lēma ut diximus* Interualli *particulā in* Timeo *uocat* Plato. Quo *mo do uero hemitoniū maius, hemitoniūq; minus ac diesis cognosca tur in* Mono *cordis* Musicisq; *alijs instrumētis ꝑcipitur & au*

ditur. Nam siue Pythagoras siue Tubal ex ærariorũ fabrorum Malleis stannum aut ramenta percutientibus consonantes numeros ad inuenerint. In leui tabella primum neruum protendebant qui ad digiti ictum & percussionem sonum & canoram uocem reddebat. quippe qui neruus alteri sociatus & tentus eo maiorem sonum reddebat quo uehementius ex tendebatur. quo euenit ut binæ chordæ ex duplo tentæ .i. altera duplo pondere crassior reliqua (nam malleorum consonantia ex diuersitate ponderum musica proportione uerberantiũ proueniebat) octauam inquam uocem ad aliam reddebat, hincq; factum fuit ut ex grauioribus acutioribusq; chordarum uocibus Cythara quam uiolam seu laũtum uocant fabre factum esset quod quũ per dia tessaronica interualla, hoc est per quatuor uoces seu sonos ad altitudinem partitũ sonoris fidibus esset, rite tetrachordum nominare possumus. licet tertius neruus aut chorda, tertia habitudine extendatur ad coniunctam sibi quartam. idq; excogitatum fuit ut Diapente gratissima uocis concordia presso digito supra armonicum locum cytharæ audiretur. Deinde idem neruus digito pressus ad tertium neruum intactum Diapason .i. octauam uocem multo gratiorem efficeret expectatæ melodiæ. quiq; sonori nerui modo tacti, modo intacti bis diapason .i. quintadecimam consonantiam reddunt. diuiso ligneolo, quod manicam cytharæ appellant, sexquioctauis interuallis, quæ quidem interualla tastos uocant. quum sectiones ipsæ digitis tangantur. Et hæc de numeris Platonicis quibus nihil obscurius apud Ciceronem, qui ingenij & doctrinæ principem illũ appellat, immo, inquit, longe omnium quicunq; scripserunt

aut locuti sunt & copia dicendi & grauitate princeps fuit, quũ ille non intelligendi solum sed etiam dicendi grauissimus au/ ctor & magister sit. Qui quum triplicem ordinem in rebus naturalibus cogitaret. specierum .s. figurarũ. & numerorum, easdem animantium species Mundiq; figuras ac numeros tu do ctissime uir contemplari debes à teq; ipso qui uitam cum uirtu te & doctrina colis mirifice coli debet. potest sane & diuinus Plato in numero sacrorum librorum quos dies noctesq; uersas procul dubio poni mi benignissime Domine. Nam docet etiam ipse Deum bonum ante omnia colendum. qui bona omnia sua benignitate pro creauit. uoluitq; rebus naturalibus figuras nu/ merosq; comparandos. ut igni figuram pyramidalem more py/ thagorico tribueret, Aeri octaedram .i. octo facies habenti figuram. Aquæ autem icosaedram .i. facies habenti uiginti. Terræ uero exaedram .i. facies habenti sex. Cui terræ Ele/ mento Cubi formam seu Tali accommodauit. Totiq; Vni/ uerso Dodecaedrã.i. 12 facies a duodecĩ siderũ formis quæ in Zodiaco suspiciuntur attribuit atq; sphæris Mundi duodecim ut diximus. quam Mundi seriem uniuersam in longum secuit, & ex una duas fecit, mediamq; mediæ in speciem X græcæ li tere accommodauit ut diximus. Deinde in orbem intorsit, ꝑ ita coirent inter se capita, ut lineæ ipsæ & secum & inter se inuicem e regione interse ctionis ipsius coniungerentur. ex cu/ ius diuini philosophi uerbis ortum solis & occasum, in longũ Austrum & Aquilonem in latitudinem more Crucis, ut X greca litera ostendit annotabis. quarum quatuor Armonica spatia nunc insexquialtera, nunc in sexqui tertia, modo in sex

quioctaua proportione designauit. ex quibus Mundi Animam quandam musicam particulam assumpsisse ait quam nos Diesim siue musicum lemma esse diximus. sine cuius Armonicæ particulæ suauitate nulla esset ipsa Mundi melodia, ut in instrumentis Musicis clarius apparet. Nec de his ampliora commentaria offerre decreueram eruditissime atq; Illustrissime Domine, sed breuiora quædam. quibus de rebus opus fuit in numeris Platonicis mihi aliquantulũ πλατωνίζειν *De numeris aũt quibus utũtur Astrologi & Astrorũ interpretes breuiter mihi dicendum est. hi qui dimetiendi cæli sideralem scientiam habent cælestes gyros in Ter centum & triginta sex sectiones, quas gradus appellant partiti sunt ut sidera aut altitudine aut humilitate distantia, quæ que quoque tempore suos cursus teneant ut futura facile possint prædicere. Nam non solum motu sed etiam numeris siderum cursus prosecũtur, ut qui signi exortus die, qui occasus noctu futurus sit. Contemplantes signiferi orbis duodecim radiata signa, quippe qui* ζῳδιακὸς *a græcis a latinis uitalis circulus est nominatus, quũ ex eius aureis signis eodem reuertentibus unde profecta sunt uitam recipiant omnia. multiplicarũt inquam, duodenarium signorum numerum per Ternariũ. ex quibus 360 numerus proueniret. Item sectiones ipsas seu cælestia interualla In sexaginta gradus, ac hoc ipsos in sexaginta minutos numeros, quippe quos in alios item minutos sexaginta secundos numeros, in totidemq; sexaginta minutos numeros tertios quadã minuta eorum diligentia diuidentes ob senarij numeri articularis & digitalis equalitatem. Adinuenerunt quoq; quendam numerum quo mortalibus quædam diuina atq; fatalia accidere*

ſolent. quã obrẽ fatalẽ numerũ uocauerunt. uidelicet 729 *& hũc magnũ numerum hi qui fatales euẽtus prædicũt ap pel/lant. quũ habeat plures radices, ut eorũ uerbis loquar.* Nam *habet ſui primã originẽ* 3.9.27.81.& 243. *uulgo.* 3 *uia* 3.9. 3 *uia* 9.27. 3 *uia* 27.81. 3 *uia* 81.243.& 3 *uia* 243.729. *Similiter alterũ numerũ quẽ uincẽtem uocãt. hũcq; tã græci Aſtrologi ꝗ̃ Chaldæi ſingulari atq; cõtato ſtudio obſeruãt.* Cuius Vincẽtis *numeri quum tot ſpecies ſint quot errãtia ſidera ſunt. qbus idẽ numerus aſsignatur.* Nã *primam ſpeciẽ Saturno tribuũt uidelicet quoſdam numeros intra quadras lineas contentos ea lege, qua undiq; quindecim computare poſsis* Hac *figura.*

1	5	9
8	3	4
6	7	2

Q*uam qdẽ figurã modo æneã, modo argẽteã faciũt, & hãc & reliquas reliqs errãtibus ſideribus attributas ueluti* Apollinis *oracula occultãt.* Q*uẽ ſane uincẽtẽ numerũ* Alexãdrũ *ab* Ariſtotele *aiũt didiciſſe* Cũ *hoſte dimicaturũ.* Nã *cognito peditũ equitũq; numero bona fortuna* Comite *uictoriã ab hoſtibus reportãs, eoſdẽ ĩ ſuã ditionẽ redigebat. Alij uero more pythagorico quũ nũꝗ̃ ſideralibus occupatiõib. ſe ipſos relaxãt. nũrũ duodenariũ cõmẽtati ſecũ sũt q nũrus* 12 *alterũ nũrũ* 144 *eiuſ duodenarij eqlaterũ habet. dicũt n. ſi qñq; cẽt rgeret duode ariũp ipũ met duodenariũ multiplicari* 144 *nũrũ ſibi equaliũ laterũ ſimilẽ efficere. quã profecto numeri mutationẽ magnã*

ciuitatibus mutationem portendere aiunt. posseq́ in melius mutari secundum Arithmeticam disciplinam. Quod si uero ad numerum 1728 peruenerit. uidelicet duodenarius multiplicandus in seipsum & in multiplicatum uulgo 12 uia 12 144. & 12 uiā 144. faranno 1728. eo modo quo bis numeros quadratos numeramus. quem numerum 1728 mirifice obseruant. quum hunc ipsum tanq̃ finem suum duodenarius attigerit. Nam antea ut aiunt, non fatali numero sed imprudentia collabi solebat. Obseruant quoq; Astrologi numerum 36000 quippe quo solis & lunæ & quinq; errantium facta est conuersio ad eandem inter se comparationem confectis omnium spatijs, quibus ipsa errantia sidera totum per agrauerunt orbem, quum confectis cursibus ad eundem locum caput retulerunt. ob quorum errantiu͞m siderum reditum Magnum Annum metiuntur, atq; perfectum & absolutum tempus. quod magnam reuolutionem Astrologi uocant. Sequiturq; aliud numerorum genus quod Cabalistæ commentantur. ex quibusdam .n. quorundam nominum hebræorū literis sacros numeros eliciunt. Constituunt .n. ante Deum Angelum quendam quem magnum ministrum uocant eorum patrio uocabolo Meraim. Cuius officium est benemerentes omnes ante diuinā Dei faciem representare, cum quo Angelo qui alio uocabolo Mitatron dicitur aiunt Mosen sæpe numero locutum. quare quod a sacris dictum est, uidit Moses Deum de facie ad faciem. dicunt Cabalistæ non diuinam faciem uidisse Mosen sed illius Angeli cui hoc ipsum munus a Deo iniunctum est. Cuius Angelici nominis quatuor literas eliciunt r quæ litera bis

centum

centum significat, & duplex MM *.i. bis quadraginta, ac iod decem. quod diuinum nomen* Meraim 290 *numerum re/ presentat. qui numerus reuerentissime seu religiosissime ab his colitur. quod sane commentum quũ quidam recentiores* Chri/ *stiani intelligerent. dixerunt hoc officium seu munus commen dandi .s.* Deo *benemerentes animas soli* Dei Matri *conuenire quam* Dei Matrem *non* Mariam *ab amaritudine mortis sui fi lij dictam uolunt sed a nomine* Hebreo Meraim, *per literarũ conuersionẽ.* Non *ꝙ prisci illi* Hebræi *Mariam cognouerint. quum illis temporibus nata non erat. sed quia nomen officij est non naturæ. quod* Excellenti *significatu & merito soli* Mariæ *omnium peccantium aduocatæ conuenire debet.* Item *ex qui/ busdam literis Illorum uerborum ueteris testamenti Completi igitur sunt* Cæli *& terra & omnis exercitus eorum ut* He/ *bræus codex ostendit numerum 999 eligunt. cui numero ad ueniens* Aleph, *quod elementum unum significat* Mille *abso/ luit. de quo longa oratio apud ipsos habita est. ut longus quoq; sermo de alijs numeris qui de uarijs diuinorum nominum* He/ *bræorum deducuntur habetur. sunt quoq; & alij numeri qui/ bus* Poetæ *usi sunt. ut basiorum multa milia apud* Veronen/ *sem poetam. &* Terq; *quaterq; beati apud* Virgilium, *ac de aureis malis decem a pastore ad latis. est & dierum mensis nu/ merus* Triginta. *quem mensem quadam occulta atq; fatali ra/ tione* τριάκοντα ἡμέρας *.i. triginta dies* Hesiodus *uo cauit ꝙ mensem.* De *numeris uero quibus ludentes aut* Talis *aut chartis utuntur tacendum. quum id genus perditorum ho/ minum fallax atq; imperitum sit.* At *nos ad ueros & usitatos*

numeros redeamus. Triplex est numerus uidelicet Arithme/ticus. Geometricus & Armonicus. Est namq; Arithmeticus numerus quem alio uocabolo consequentem numerum uocant. quotiescunq; numerus altum numerum sola unitate consequi/tur, consequens numerus appellatur, qua unitate dicitur nu/merus maior aut minor. Nam numerando per consequentes unitates computamus ut 1.2.3.4.5.6.&c. Et hic nume/rus Arithmeticus nominatur. quem alio nomine a græcis τῆσ εἰρήνησ ἀριθμὸσ appellatur .i. numerus pacis. Ea .n. uni tate qua numerus numerū superat superatur ab altero. A qui/bus unitatibus proportio Arithmetica oritur, qua .s. tertius numerus eadem unitate superat secūdū, qua secūdus siue me/dius superat primū exempli gratia 1.2.3.& hæc dicitur per æqua proportio seu comparatio ut quem ad modū ignis animæ siue aeri, sic anima aquæ, quodq; anima aquæ, id aqua terræ proportione reddit. quæ quidem comparatio aut proportio græce ἀναλογια similitudo differentiarum & terminorum ab Arithmeticis appellatur. Cuius Arithmetici numeri octo spe cies faciunt Numerationem, quā Abachistæ computationē uo cant. Additionē uulgo il sūmare. Subtractionē hoc est numerū de numero eximere, uulgo il sottrahere. Mediationē, quod est numerū in dimidietates, tertias, quartas partiri. uulgo il partir delli rotti, diuisionē. qua diuisū numerū in paucitatē reducimus uulgo schisare græca uox σχίζω diuido. Exēpli gratia duo quarti in un mezo. Tre terzi in un sano &c. Multiplicationē qua numerus numerū multiplicat & auget. Denominationemq; qua numerus multiplicās denominās dicitur, & multiplicatus

denominatus. Cõparationẽ, qua extremã quantitatẽ mediæ, & hãc primæ cõparamus uulgo la regola del tre, ut si octo palmi ualẽt sex numos aureos, quot numos ualebũt quatuor palmi, in tribus terminis sic uulgo si 8 mi da 6 che mi dara 4. Infinitudinẽ nã numeri in infinitũ interuallũ crescũt & augẽtur. Quorũ numerorũ qdã sũt pares, qdã ĩpares Alij pariter pares, q ad ultimũ usq; numerũ in duas partes æquales diuidũtur. ut. 64 cuius dimidiũ 32. & huius 16 huiusquoq; 8 dein de 4 & tãdẽ 2. Alij uero pariter impares. q quã uis pares sint, in partes tamẽ ĩpares diuidũtur. ut 14. 10. & 6. & his similes. Itẽ ĩpariter pares ex utrisq; superioribus cõstãtes, q & si in partes diuidãtur pares nõ tamẽ usq; ad extremũ. ut 24. 28 & his similes. sunt quoq; numeri primi, in cõpositi, simplices atq; in cõmunicabiles, quos nullus alius numerus ĩpos metitur præter unitatẽ. ut 3. 5. 7. 13. 19. 23. &c. Atq; his cõtrarij secũdi & cõpositi quos alij nũeri metiũtur ut 9. 15. 21. Nã nouenariũ ternarius, qndenariũ, quinarius, unũ & uiginti septenarius metitur. Similiter nũeri cõtra se primi ut 11. 13. 17. 19. quorũ alter alteri cõparatus primus ẽ. Geometricus aũt numerus est ille q geometricas dimẽsiões creat. ut numeri lineares i. ii. iii. iiii. quos solutos uocãt, q instar linearũ sunt. solis .n. lineis metiũtur & lineãtur. ex qbus numeri plani oriũtur q ex lateribus tantũ multiplicãtur, exempligratia sex, habet .n. hic numerus 2. 2. 2. ut sua latera. & 3. 3. altera latera. his ter sex efficiunt. & ex ter duobus iterum sex resultant. similiter quatuor quorum 2. 2. latera eundem quaternarium multiplicantia octonarium

reddunt ut bis duo quatuor, quos inæqui lateres & altera par te longiores dicunt. quum ex minoris in maiorem ductu fiat. ea ratione qua numeros oblongos qui ex ductu minoris ad mo dum numeri in longe maiorem creantur. quales sunt numeri Denarij, qui ex multiplicatione binarij in quinarium resultāt. ex bis .n. quinq; decē oriuntur. At numeri quadrati seu æqui lateres i. qui æqualia latera habent ex multiplicatione nume rorum in seipsos figurantur. ob quam causam hos ipsos circula res uocant quum a se ipsis in se ipsos redeunt. ut quater quatuor sexdecim. & ter tria nouem, ac quinquies quinq; uiginti quin q;. & quinquies iterū uiginti quinq; centū uiginti quinq;, qui circularis & quadratus diuersa ratione uocatur. Tertio loco cubos numeros appellāt aut solidos, qui in trinam dimensio nem producuntur instarq; solidæ molis faciunt ut bis duo bis octo. quater quatuor quater sexaginta quatuor; ter tria nouem uiginti septē Hūc numerū olim ad amauit Apollo Nā quū in græcia pestilētia diu sæuiret, & ob pestilentiā ager uastus atq; desertus esse inciperet, cōsultus idem Apollo, respōdit, ut du plarēt cubū, qppe quod oraculū nemo præter doctū Platonē in tellexit. qui græcos edocuit ut Tēplū Apollini dedicarēt ea for ma ac si quadratū duplarēt. Nā nil aliud est duplare cubū quā quadrare quadratū. est & geometrica proportio qua extremus numerus ad mediū cōparatur ut medius ad primū. ut 9. 6. 4. ea .n. proportio est 9 ad 6. quæ 6 ad 4 utrobiq; sane sexqal tera proportio est. cōtinēt .n. numeri maiores minores semel & dimidietatē eorūdē. In qua qdē nūorū cōparatiōe simulacbrū eu nomiæ. i. bonæ atq; Felicis unionis nūrū ponūt. Vniūtur profec

to geometricæ dimensiones in geometricis figuris uicissim. quã geometricam comparationem, differentiam proportionum non differentiarum ut in Arithmetica comparatione appellant. quã obrem quam doctissime a diuino Platone dictum fuit, Ciui de patria benemerenti non Arithmetica proportione præmia danda sunt .i. non eodem modo beneficia conferenda sunt, sed geometrica tantum proportione tributa danda .i. uaria compa/ratione compensanda. uaria profecto in commoda uaria benefi ciorum compensatione leniuntur. De numero uero Armoni/co notandũ est, eum esse qui in quinq; Armonicis generibus re peritur, aut in musicis proportionibus continetur. est .n. Ar/monica comparatio seu proportio ea in Extremis quæ in medijs similitudo proportionum ut 6.4.3. Nam 6 a d 3 ea dupla proportio est. uel altero tanto quæ duorum ad unum. nam bi/nario senarius superat quaternarium, unoq; quaternarius supe/rat ternarium cuius dupla proportio est. primum ut cun quidem quinq; generum Multiplex est quoties numerus maior q; continet minorem ut 2 ad 1 dupla. uel altero tanto 8 ad 1 octupla, 10 ad 1 decupla. mille ad unum mille cupla, ac centum ad unum centupla ut in Euangelio centuplum acci/pietis &c. Deinde est genus superparticulare, quoties nume/ros maior continet minorem semel & aliquam eius partem, ut 3 ad 2, 6 ad 4 proportio erit sexquialtera ut diximus ita 12 ad 8. quo quidem uocabolo poetæ usi sunt ut sexquipeda lia uerba apud Horatium & sexquipedale uirile membrũ apud Martialem. quæ uox sexqui dimidium significat. ut pes sexqui maior apud Ciceronem .i. dimidio maior. ait .n. Cicero partẽ

pedis aut æqualem esse alteri pedi, aut altero tanto, aut sex quimaiorem. ex cuius Ciceronis uerbis Aldus inquit, caue ne dicas sexquialterum, sexquitertium, sexquiquartum & deinceps. sed super dimidium, super tertium, super quartum, super quintum &c. Martiani capellæ testimonio. ita sub super dimidium, sub super tertium, & sub super quartum, aut græcis utendum uerbis. Tametsi a Marsilio Ficino ex Cicerone quoq; sexquioctaua interualla sexquitertia, ac sexquialtera spatia ex Platone uerterit. Tertium genus est superpartiens, quoties numerus maior continens minorem, hunc ipsum in aliquas partes partitur & diuidit ut 5 ad 3 dicetur proportio super bipartiens tertias & 7 ad 4 proportio super tripartiens quartas. accipit .n. nomen a remanentibus minoris numeri partibus. Quartum genus est multiplex super particulare. & est quoties numerus maior continet minorem semel, bis aut ter & deinceps & aliquas eius partes ut 9 ad 2 erit proportio quadrupla sexquialtera. continet .n. 9. 2. quater & dimidium. sic 10 ad 3. erit proportio tripla sexquitertia, 10 .n. continet 3 ter & tertiam eius partem, ut 16 ad 12 &c. Quintū genus est multiplex superpartiēs ut 8 ad 3 dicetur proportio superbipartiens tertias. octonarius .n. diuidit se ipsum in duos ternarios, & in binarium, qui est bis tertia pars ternarij. In his quoq; Armonicis numeris numerum Iustitiæ collocant, quem numerum æqualitatis appellant, quam quidem æqualitatē Armonica proportio repræsentat. per hos Armonicos numeros omnes cubos Mathematici quoq; metiuntur. Est & alia numeri diuisio. Nam quidam numerus est

perfectus ut senarius. quoniam eius partes adæquantur toti, utrinq; sane senarij partes eundem integrum reddunt. At ille numerus cuius partes redūdant superfluus nominatur ut 12. cuius dimidium 6. tertia pars 4. quarta 3. sexta 2. duodecima 1 quibus simul iunctis sexdecim non duodecim erunt, partes .n. maiorem numerum suo duodenario reddunt. tertius numerus dicitur diminutus cuius partes integrales suum totum non adæquant ut 8. cuius dimidium 4. quarta pars 2. octaua 1. quibus simul iunctis septem habebimus. Et hæc de Numeris, quos doctiss. quisq; coluit & obseruauit. Ante omnes sapientiss. Deus quum in creatione Mundi a Mose scriptum sit, Completi sunt igitur cæli & Terra & omnis ornatus eorum. Nam complere res aliquas numerum ipsarum rerum præsupponit ac numerum perfectum. Complere .n. perficere & finire est. docte profectò Cabalistæ qui numerum 999 quippe qui ex literis eorundem Hebraicorum uerborum elicitur ut diximus. Cui numero 999 si Aleph .i. unus qui Deus est addatur, millesimum efficit, quem quidem numerum militarē appellant. Nam Hebraicus codex sic habet, completi sunt igitur cæli & Terra & omnis exercitus eorum. sine Deo sane imperfectus erat Mundus. quum Triplex sit ipse Mundus, Elementaris .s. Cælestis & Diuinus. Nam ipse quoq; Deus in rebus computatur. licet omnes res sua diuina Maiestete uincat & superet. Et id a Cabalistis, qui quum castiss. & integri sint Angelicum nuncium ac diuinarum rerum reuelationem merentur accipere. Nam Cabala ut barbaro utar Etymo diuini nuncij acceptio est. Nil .n. diuinis spiritib. gratius quam

bi qui mente in corrupta & animo ac corpore casti sunt. quam obrem recte a Diuo Augustino, omnia quæcunque fecit Deus in numero pondere & mensura fecit. Immo Diuinus quoque Plato & uasa ac supellectilia Ciuium omnia mensuram habere iubet, ut nullum uas sine mensura possideatur. quæ uasa in longitudine & profunditate ac uocibus uarietatem accipiunt. Adde quod Hesiodus siderali quadam ratione τρικάδα μηνὸς ἀρίστην .i. mensis diem tricesimum optimum appellauit. Numerauit inquit Dauid stellas Deus atque eis nomina fecit. Tametsi nec earum uerum numerum neque nomina omnia ab ipso Deo eis tributa sciamus. Quibus quidem numeris tantum Diuinus Plato tribuit, ut eisdem numeris res omnes constare opinatus est, singulasque omnium artium disciplinas numeris indigere uidemus. nulla .n. alia disciplina, ut in suis legib. scriptum reliquit Plato, ad rei familiaris cognitionem, gubernationemque, ad rem publicam, ad artes denique uniuersas tantam habet uim quantam huiusmodi numerorum cognitio. Quodque maximum est somno lentos etiam ac natura rudes exuscitat. & dociles, memores, solertesque facit, præter naturam suam diuina arte proficientes. Item in Epinomide .i. in libello delegum appendice, de numerorum præstantia ait. omnino in cognoscendis numeris numeros præsupponere censeo. idque necessarium esse pluribus rationib. monstrari licet. Sed recte nunc hac ratione ostenditur. quod cætere artes, quas paulo ante numerauimus, sublato numero penitus euanescent. quum res omnes mensuram & numerum habeant oportet. Quare perutiles numerorum partitiones ad omnia censeo, secundum quas

partitione, & ipsi uarij sunt inter se. Quas obres q̃ prudentissime prisci illi & ueteres philosophi qui primis studys τα μαθηματικα adolescentes edocebant. partim q̃ probabilia sunt ac probabilis ratio de his quæ in opinione posita sunt reddi potest. partim quoq; q̃ quum seiungantur a materia Illi ipsi edis centes diuina incipiunt meditari ac θεοροὶ fieri. Et hic finem scribendi facio Illustrißime diuinoq; ingenio uir. Nam omnis scribendi sollicitudo ac cura finem modũq; habere oportet. qui sane Finis legitimam excusationem a te humaniss. uiro a suo familiari ac domestico accipiendam iubet. Scripsi inquam, mi Domine ad te de numeris, ut ad illos numeros perueniamus quibus spiritualia gaudia computantur, quæ non in conuentu ac hominum frequentia sentiuntur sed in uasta solitudine, in qua prisca illa sanctiss. uetustas & simplicitate uitæ Floruit, & morum sanctitate celebrata est. Felix profecto qui ad currentis aquæ opacum sedile atq; in alicuius sylue frigido & opaco loco per uiridem ripam fluminis in ambulans sacrũ Euangelium in corde noctes diesq; meditans, Diui Pauli Epistolas quotidie sum endas in manibus sanctißimum quenq; admirans & uenerans & in his ipsis Deũ opt. Max. omnium Creatorem uenerandum in primis atq; colendũ, populares strepitus atq; mundi molestias non sentit. quæ huiusmodi fortunatum hominem solitariæ uitæ studiosiss. in quietare solent, ut Tranquilli suetony utar uerbo. Ac iterum uale Reuerendissime ac castißime præsul.

Libelli excusatio ad lectorem.

Candide lector Neap. ego excuſus ſũ, ubi, quũ in me Hebraice & græce quædã ſcripta ſũt. ne grauers ſi Hebraica Hebraico charactere & græca ſuo non ſint exarata, hæc ipſa legere, quæ licet ineuntis ætatis ſtudia referant, tamen ſenes quãlibet eruditos latere uidẽtur. Impreſſores .n. cũ Hebraicis Elementis Tum græcis accentib. carent. qui ad ſummum græcarum literarum ſcripti non ſunt. Item moleſte ferunt ÿdem impreſſores annotationes quaſdam in extrema pagina imprimere memoratu facillimas, quas ſibi quiſq; interlegendum notare poteſt. quædam quoq; græcæ literæ numerales, quarum altera intra alteram includi deberet non ut opus erat ſcriptæ ſunt non .n. in ære inciſæ ſunt apud impreſſores.

Errata quibus uenia a lectore petitur.

De litera gamma Γ quam dicebamus trib. figuris lineari deeſt tertia impreſſorib. de numerali delta quæ nota maiuſcula ſcribi debebat ſimiliter deeſt. item litera quæ ad imum. & ad ſummum alterius ſignari oportebat. ac de Hebraicis literis interpungendis quæ interpunctæ non ſunt. imprimentium inopia & ignauia. In pagina E Fronboſai. lege frondoſai. & quaſdam alias mendas quas tu ipſe diligentiſſime lector emendare potes. inpagina H afficit lege efficit. inpagina I iij uerſiculo 1 6 primum ut cun. lege primum quidem. at ut cun, iunge particulæ coniũctiue ſequentis uerſus. Vale & nouum hoc opus amplectere.

Finis.